

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



AMMEY







REW YORK Prince Libeary


50K

# **CORPVS**

# SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

### EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

### ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE



PAVLI OROSII HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS LIBRI VII
ACCEDIT EIVSDEM LIBER APOLOGETICVS
EX RECENSIONE C. ZANGEMEISTERL

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXII.

# $\mathbf{PAVI}_{\mathbf{I}}^{\mathbf{v}}_{\gamma} \mathbf{\underline{o}} \mathbf{Ros}_{\mathbf{I}}^{\mathbf{v}}_{\gamma}$

### HISTORIARYM ADVERSYM PAGANOS

LIBRI VII

## ACCEDIT EIVSDEM LIBER APOLOGETICVS

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

CAROLVS ZANGEMEISTER

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXII.

# **GVILELMO · ZANGEMEISTER**

PATRI · OPTIMO

 $\mathbf{D} \cdot \mathbf{D} \cdot \mathbf{L} \cdot \mathbf{M}$ 

FILIVS - PIENTISSIMVS

### PRAEFATIO.

Ampliores de contextus Orosiani fatis eiusque restituendi ratione commentarii, quales ingens materiae moles requirit, reservati sunt Prolegomenis seorsum edendis. huic volumini post trium et quod excurrit annorum operam iam absoluto et, ne diutius in scriniis lateret, soli emisso breviter praefatus sum, ut qui eo solo utatur, interim summas res, quae ad apparatum criticum intellegendum necessariae sunt, licet breviter expositas inveniat.

Ex immensa codicum copia, quibus Historiae aduersum paganos (de his enim solis iam agitur) continentur, selecti a me sunt optimi et antiquissimi hi qui sequuntur.

Laurentianus pl. 65, 1 (L) litteris uncialibus scriptus sexto L ut uidetur saeculo exeunte. cf. praeter Bandinium Reifferscheid Bibl. Patrum II 290 1) atque Zangemeister et Wattenbach, Exempla codicum Lat., suppl. 1879 t. LV et p. 6. — perierunt codicis partes hae: quaterniones I—III. IIII fol. 1 (usque ad lib. I 17 § 2 bello per), quat. VIIII 1 (uide ad p. 147, 12), VIIII 8 (162, 13), XII 1 (199, 2), XII 8 (212, 7), XVII 1 (275), XXVIII sqq. i. e. liber septimus integer. duo eorum folia (quat. XII 1 et XII 8) a manu ut uid. saeculi XII (\(\lambda\)) suppleta sunt: eius lectiones quamquam pro recenti \(\lambda\) aetate nullius fere usus sunt, in apparatu tamen omittere nolui, ut has quoque uoluminis celeberrimi paginas descriptas

<sup>2)</sup> Vbi p. 291 scribe: incongruis; 7 populatus (pro populus) cruenta | praesentia ||. hoc praesentia sane ab collatore additum uidetur; 22 uirgilius (litterae g lunula inferior euanida est, unde uircilius Anzianius, qui de his mihi rettulit).

haberet lector. — codex antiquissimus ab interpolationibus magis uacuus est quam ceteri omnes, corruptelae eius pertinent maxime ad genera haec. librarius calligraphus cum sententiam minus curaret, immo litteras potius uel etiam uocabula singula carptim repeteret, saepe non solum litteras, uocabula, hic illic integros uersus omisit, uerum etiam uocabulorum ordinem invertit, uelut in talibus quale est 166, 14, ubi rectores iudicesque pro iudices rectoresque posuit. quare in his rebus contra ceteros codices optimos Laurentiano fides non est habenda aut certe non sine cautione. aliud mendorum genus non minus late patet: uocabula enim minus uulgaria, praesertim nomina propria ita detorsit (maxime ubi primum apud Orosium occurrunt), ut captui suo accommodarentur, uelut Cirtam 310, 4 diffinxit in cartham, Atilium 234, 2 in utilium, teutodobus (corruptum ex Teutobodus) 316, 16 in teuto du o bus, et quae sunt eius generis alia infinita. itaque ubicumque talis paronomasiae suspicio usu uenit, diffidendum Laurentiano. — librarius non pauca, sed quae parui fere momenti sint, statim inter scribendum ipse emendauit. totum codicem correxit homo coaeuus is, qui post libros I et IIII contuli, post sextum feliciter subscripsit (L<sup>g</sup>). eius manus saepe a prima aegre discernitur, unde quaedam huic antea adscripsi (usus nota 1b), quae nuperrime codice denuo inspecto mihi persuasi potius secundae tribuenda esse. itaque in paucis iis locis, ubi nota 1º adiecta est, mutatam uolo in 2, itemque 1° in 1 (uelut p. 70, 3. 10; 79, 9. 12; 86, 3. 10). corrector (L2), qui archetypum inspexit, permulta recte emendauit omninoque ei maior auctoritas tribuenda est quam librario ipsi. ab interpolando non prorsus quidem abstinuit sed plerumque in adiaphoris se continuit, rarissime inueniuntur, quae ad grauiora pertineant: uelut 70, 3 exciuerit perperam mutari inssit in exercuerit; 91, 1 eiusratio manus primae (corruptum ex eiuratio) in et iuratio mutauit; 401, 6 cum librarius in u. praecedentem (Pompeius Bith. occisus) aberrans occisus scripsisset, corrector excisus male coniecit, idem tamen ueram lectionem, scilicet post inspectum archetypum, subjecit hoc modo: alibi interfectus.

Nullius fere pretii est manus tertia  $(L^3)$ : ea neque multa seque fere alia mutauit quam quae aut adiaphora sunt (ut 72, 15 sexcenta pro sescenta) aut facile a quoquam corrigi potuerunt, excepto fortasse 208, 5, ubi octoginta in octingenti recte emendauit. interpolatione usus est 282, 6 diaeo in diae mo corrumpendo. prima manu non paullo recentiorem esse inde patet quod hic illic litterae G lunulam inferiorem, quia canuerat, restaurauit.

Summaria breuia, quae in margine adscripta sunt a manu emnino coacua  $^{1}$ ), correctori ( $L^{2}$ ) ni fallor potius quam primae manui debentur.

Codicem contulit primus Antonius Maria Biscionius anno 1729 in usum Haverkampi, qui tamen parum plene de eo rettulit. anno 1853 ab Ottone Iahnio rogatus accurate cum Haverkampi editione contulit Conradus Bursian; eius operam Iahnii liberalitate benigne mihi concessam adhibere potui, cum anno 1864 ipse Florentiae codicem integrum excussi. praeterea uti potui collatione quam N. du Rieu bibliothecarius Leidensis ante hos fere uiginti annos sibi fecit et a. 1873 cum uniuersa sua supellectile Orosiana mihi donauit. non rulla postea uel ipse denuo inspexi (annis 1873 et 1877) uel mea causa Anzianius, Castellanius, Schadyus recognouerunt.

Ex Laurentiano nullus superstitum codicum transcriptus el derivatus est, eiusdem familiae sunt duo codices qui sequentur.

Codex Donaueschingensis (D) bibliothecae principis DE D VERSTENBERG n. 18<sup>3</sup>), exaratus est saeculo, ut mihi quidem udetur, octauo litteris Langobardicis, quibus simillimas exhibent Arndt, Schrifttafeln 1874 tab. VI et Societas Palaeographica Londiniensis t. VIII et IX. codicem, qui Orosii que integrum exhibet, contuli ipse partim Gothae partim Heidelbergae, quo quod missus est tum Barackii tum Riezleri liberalitati summae debeo. — D ab eodem archetypo est oriundus,

<sup>7)</sup> Ad p. 71, 8 pro saec. IX scribe saec. VI.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup>) Cf. Barack, die Hss. der Fuerstlich-Fuerstenbergischen Bibl. in Donaueschingen 1865 p. 18 et IV.

quo L. multas enim lectiones aut ueras aut falsas 1) cum L communes habet, a multis autem huius mendis, uidelicet huic propriis, liber est; omninoque huius familiae praeter L antiquissimus et optimus, utpote non contaminatus, testis existimandus est. exaratus est ab operario archetypum sine iudicio transcribente, unde est quod uocabula saepe male inter se distinxit et in homoeoteleutis nec non in eius modi locis cuius sunt uelut 583, 13 et 584, 1 omittendo peccauit. raro uerba male repetiuit uelut 317, 4; 387, 3°). interpolationes continet paucas et tales quales aliorum ope codicum facile agnosci possint: uelut 243, 2 pugnauit (pro conflixit); 268, 11 studio (pro causa); rara exempla sunt talium, quale est 416, 14 parthum (pro pharum), rarius etiam uocabulum male inseruit, ut 141, 14 memores.

Manus secunda  $(D^9)$  paullo recentior quae mutauit, plane nihili sunt; nam fere omnia sine codicis auxilio et perperam intulit (cf. 33, 4; 229, 13; 276, 7). bonum factum quod paucas Orosii partes legit, melius etiam quod a radendo fere abstinuit.

Denique notandum est codicem plenum esse barbarismis eis, qui sermoni illius aetatis uulgari proprii erant, uelut, ut exempla pauca afferam, uidire, cupiae, scripturis (pro scriptores), negare (pro necare), uindigare, lettere, fedes, atte (pro actae), storia, spania, cento, ad (pro a). quae codicis proprietas cum ad iudicandas eius lectiones saepe magni momenti sit, ad primum saltem librum etiam has minutias adnotaui omnes, sed inde a secundo non nisi in nominibus propriis et in numeris et ubi in aliis codicibus uel eadem uel talis lectio exstat, quae ex D lucem accipere possit.

B Codex Bobiensis (B), nunc (inde ab anno 1606) Ambrosianus D. 23. Sup. scriptus litteris Iricis semiuncialibus saeculi octaui ut uidetur initio. cf. Peyron, Cic. pro Scauro p. 168 et Reifferscheid, Bibl. Patr. II p. 66. desinit in uerba II 13 § 7 occupauit armatus.

<sup>1)</sup> Velut 182, 7; 216, 1. 8; 423, 9.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup>) Illud quoque p. 182, 10 *italorum* post *gallorum* insertum dittographia potius quam interpolatione uidetur natum esse.

Accuratissime collatus est cum ab Nicolao du Rieu tum ab Guilelmo Studemund et Paulo Krueger, ipse postea itineris Italici occasione ad eum inspiciendum uti non neclexi, eiusdem familiae est atque LD cumque operis huius initium (I 1-17 med.) in L perierit eiusque nullus iam exstet Bobiensi codex antiquior, eum in apparatu meo exhibendum et, ut cum L comparari possit, etiam post I 17 med. exhibendum esse duxi. sed magis depravatus est pluresque quam D continet interpolationes, magnam partem cum  $R^s$  consentientes. est tamen quoque, ubi cum D (uelut 82, 13) aut cum PR (ex. gr. 97. 15) contra L uerum exhibeat. — correctus est a manu prima aut coacua, certe primae simillima, rarius tamen inter lineas  $(B^{\circ})$  quam in margine  $(B^{\circ})$ , ubi varias lectiones plerumque singulis litteris adscripsit. codice usam esse inde patet, quod uocabula quaedam omissa recte suppleuit (uelut 91, 7; 100, 13), eadem tamen nonnulla coniectura infelici intulit (ex. gr. 6, 3; 16, 8). inter locos XXIIII sunt XIII quibus ueram, XI quibus falsam lectionem apposuit. — manus recentior, saeculo decimo a Studemundo tributa, p. 69, 16 orthographiam mutauit.

Codicis saeculo septimo litteris uncialibus scripti, qui fuit S 'ecclesie diui remacli in Stabulaus' 1) duodecim folia uel foliorum partes (S):

- 1. Schedae duae bibliothecae Bruxellensis n. 19609: ex lib. IV 2. 3. 4. 5. utor collatione Du Rieuii et exemplo photographo optimo, quod intercedente academia nostra bibliothecae praefectus nobis faciendum curauit.
- 2. Schedae tres Bruxellis in 'Bibliotheca publica' a. 1826 descriptae a Pertzio (cf. Archiv VII, 1839, p. 34), quae ubi nunc exstent ignoratur. apographa Pertziana ex Monumentorum Germaniae tabulario mecum communicauit Georgius Waitz: sunt partes horum 1. V 11 et 12; VI 1. 2. 8.
- 3. Schedae septem musei Britannici Add. n. 24144: continent partes horum V 12. 13. 14. 15. 21; VI 10. 11. 12;

<sup>3)</sup> Sic enim schedae Londiniensi primae inscriptum est manu sacculi XV.

VII 37. — descripsi anno 1875; of. Sitmingsberichte 84 p. 49. duas (quintam et sextam quae sunt libri VI 10-12) edidit Polain, Bulletin de l'acad. de Belg. 1849 XVI 2 p. 552 sq. addita imagine horum p. 389, 10 timendi - 390, 1 exercitus uarietatem scripturae in apparatu enotaui; in Prolegomenis antiquissimi huius praeter L exemplaris fragmenta integra exhibebo. - codex, qui satis accurate et emendate scriptus est, ex communi ceterorum codicum archetypo, auctoris aetate non multo inferiore sed iam deprauato, et ipse fluxit (cf. 216, 9; 355. 3 al.). eiusdem familiae est atque LD, huic D tamen magis affinis (215, 7 allegerent recte fortasse; 354, 10; 356, 8; 376, 5; 389, 7), raro (scilicet contaminatione) cum PR potius consentit (381, 18). interpolationes paucissimas nec grauiores habet, uelut 216, 8 responderent (pro -runt), 302, 1 uitiorum corruptiones (pro uitium corruptionis), 375, 17 succensis (pro incensis); per dittographiam scriptum est 356, 11 perinuasit et 538, 1 radagadaisus.

P Alterius familiae exemplar optimum est codex Palatinus 829 (P), qui olim S. Nazarii Laureshamensis 1) fuit. cf. Wilmanns, musei Rhenani n. s. XXIII p. 393 et Reifferscheid, Bibl. Patr. I p. 299. exaratus est saeculo octavo (aut fortasse noni principio) simul a duobus librariis, cuius alter (fol. 1-44) scriptura Carolingica prisca, alter (f. 45-115) Irica q. u. Anglosaxonica usus est. — inter fol. 46 et 47 perierunt quaterniones tres siue folia XXIIII, quibus conscripta erant haec IIII 1 § 1 trucidati — V 7 § 6 sed incre. — prior ille librarius (aut certe coaeuus alter iisdem characteribus usus) totum codicem relegit sed fere se continuit in orthographicis mutandis (adque, aput) et nocabulis melius dinidendis (cf. 431, 1, cuius generis non omnia adnotaui); longe plurimae et maioris momenti emendationes inlatae sunt a manu secunda ( $P^2$ ), quam ex characteribus paullo posteriorem esse olim putaui, sed nunc comparato Rehdigerano potius coaeui correctoris archetypo usi esse existimauerim. huic tribuenda rasurarum, quae

<sup>&#</sup>x27;) In folii eius, quod folio 1 praemissum eet, aduersa parte plumbo scriptum est \$ // Nasario ubi ab initio fuit fort. S [.] aut d[e S.]

in codice insunt, pars pleraque; sed cauendum, ne in iis similius reconditius quid quaeratur, nam saepissime in erronius leuissimis, quales librarii nedlegentia commisit pernultos, remouendis versantur, id quod hie illic er reliquiis litterarum deletarum, tum vero ex R intellegi potest. — tertia
manus (P<sup>3</sup>) saeculo decimo esse tribuenda videtur; ea, ut haec
aferam, 472, 15 titulorum (quae glossa est) adscripsit, 550,
13 adsumpsere interpolavit; recte 472, 15 fiscalium (pro fiscali)
correxit, 492, 12 verba a P<sup>1</sup> omissa Galerio—cessit recte addidit.
— quarta manus (P<sup>4</sup>) VII 6 sq. antiquam scripturam evanidam
restituit (cf. ad p. 448, 11 et 13 sqq.); eam saeculi XI extr.
rel XII im. esse Mavius censuit. utrum alia quoque (velut
505, 4) huic an tertiae tribuenda sint, discerni nequit.

Codicem optimum, qui Du Rieuium latuerat nec ab alio quoquam adhuc adhibitus erat, cum anno 1865 paullo ante quam in Germaniam redirem in bibliotheca Vaticana forte fertuna detexissem, eius ipse quidem conferre potui ad Havertampi uel (V 9—12) ad Thorunensem editionem has partes: I 1—3 § 2, V 9 § 1 auctore—12 § 9, librum VII integrum; reliqua anno 1873 ad Haverkampianam accuratissime contulit Georgius Kaibel. deinde postquam Rehdigerani quoque mihi copia facta est, illa, de quibus certius etiam constare opus esset, summa cura recognouit Augustus Mau amicus, ab eodemque impetraui, ut primi libri caput alterum anno 1877 a me in Commentatt. Mommsenianis editum denuo in P relegeret.

Eiusdem stirpis est codex Rehdigeranus R 108 = S. I 5, 30 R bibliothecae ciuitatis Vratislauiensis (R). exaratus est saeculo nono aut fortasse decimi principio. post Orosii historias inde a f. 148 sicut in Palatino (ex quo in Corporis huius uol. I edidit Halmius) sequuntur epistulae Seueri, desinentes f. 149 in uerba praesentia uisitentur. deinde eadem manus litteris maiusculis scripsit qviq: viderit hec fona dicat dim esco ego ricmarvs indic nvs pret theoderimvs eps vt sit clara in polo. Theoderimus episcopus Halberstadtensis erat ab a. 827—840. at subscriptionem non autographam sed ab librario ex archetypo repetitam esse manifestum est, indeque explicatur quod corrupta uel manca est.

codicis notitiam debeo Rudolfo Peiper, qui anno 1873 totum contulit annoque sequenti nonnulla propter Palatini discrepantiam denuo inspexit. annis 1878 et 1879 summa et magistratus Vratislauiensis et H. Markgrafii bibliothecarii liberalitate mihi concessum est, ut dum haec editio inprimitur, Heidelbergae codice uti possem. itaque eum ad paginas nostras 1—48 et 289—564 ubique relegi, ad medias partes (illae enim plagulae fere omnes Neapoli corrigendae mihi fuerunt) ubi opus esse uisum est, recognoui.

Permulta a diuersis hominibus in R correcta uel certe immutata sunt et difficile potest definiri, quot manus agnoscendae sint, saepe etiam cui singula correctori tribuenda sint in ambiguo relinquitur. sed ad restituenda Orosii uerba auctoritatem habet sola prima manus, quae fere semper consentit cum P aut, ubi ille correctus est, cum Pa. quaecumque haec manus 1 ipsa correxit, pleraque omnia ex archetypo uidetur repetiisse, pauca et leuidensia suo Marte intulisse. - manus altera (R<sup>2</sup>) haud dubie coaeua docti hominis est, qui satis strenue et fortiter correctoris uices gessit. eum et ipsum idem archetypum adhibuisse inde patet, quod saepius, ubi  $R^1$  correctam lectionem archetypi exhibuerat (fere consentientem cum  $P^2$ ), priorem ( $P^1$ ) restituit. ceterorum duplex genus est, unum (cuius tamen non ita multa exempla exstant) ita comparatum, ut alterius quoque familiae codicem inspexisse putandus sit, alterum longe frequentius, quod coniecturis meris constat, saepe sagaciter inuentis sed plerumque falsis; nec desunt, quae nisi adhibito alio auctore reperta esse uix possint (cf. 64, 12). ad contextus Orosiani fata cognoscenda haec manus propterea magni momenti est, quod eae emendationes uel interpolationes in plurimos codices transierunt. — R³ (saeculi X ut uidetur) nihil fere praeter orthographica mutauit; num alia quaedam huic tribuenda sint, uelut cũ 288, 23, discerni nequit. — minoris etiam momenti est  $R^4$  (s. XIII uel XIV), quae uelut 288, 3 dari, 294, 14 fertilis male coniecit. — manus quaedam 'coaeua' in libro VII aliquotiens ueram lectionem adscripsit (494, 20; 498, 5), alia suo Marte male intulit (487, 3: 537, 1). — praeterea infinitis locis per totum codicem

**schegraphica** uulgaria mutata sunt a diuersis manibus primae (ese coacuis, sed cas distinguere inter se nil plane refert. in cusmodi igitur rebus ubi  $R^1$  adnotaui, alteram lectionem non secundae manui sed omnino diuersae alicui a prima manui  $R^{-1}$ ) tribuendam esse intellegas.

Rehdigerano cum Palatino summam intercedere propinquitatem primo obtutu apparet, sed ipse gradus minus facile definiri potest. de ea re quid sentiam breuissime h. l. dicendum st. R non esse ex P descriptum certum est; sed utrum ex Palatini apographo an ex eodem atque P archetypo repetitus at, dubitari potest. posterius mihi magis probatur, sed archerypum, ex quo prius P descriptus erat, tum, cum R exarabatur, nic illic interim immutatum erat, nisi forte (quod tamen minus probabile) R ex eius archetypi apographo a P diuerso ranscriptus est. Rehdigerani librarius ex archetypo communi nodo solam lectionem correctam repetiit (ubi  $R=P^{q}$ ) modo et satis mirum quod idem in Palatino factum est) primariam transcripsit sed deinde correxit (cf. uelut 301, 16; 303, 10; 504, 7; 541, 13; 547, 1), quin etiam tam unam quam alteram in ipso textu posuit (uelut 189, 5; 192, 1; 355, 11). quisusdam locis idem uel corrector aequalis, archetypo et ipse usus, deinde primariam restituit ubi  $R^a$  (uel  $R^i$ ) =  $P^a$  et  $R^{\bullet}$  ( $R^{2}$ ) =  $P^{1}$ ; quin etiam est ubi corrector emendationem denuo receperit (cf. 483, 8; 493, 3). — P<sup>2</sup> saepe praestat quam  $P^1$ , sed in multis  $P^1$  uerum ipsum praebet aut certe a vero propius abest quam  $P^2$ . itaque cum R plerumque cum  $P^2$ consentiat 1), in illis meliora praebet, in his fere ueritatem nel ueritatis uestigia oblitterata exhibet, longe rarioribus exemplis  $R^1$  ueritati propior est quam P uel ab huius mendis mterpolationibusue immunis. — quae correxit  $P^3$ , ignorat R, uelut 492, 12 Galerio—cessit om. P1R, add. P3: cf. 465, 5 et 472, 15. — omnino autem iis solis correcturis, quae et in P et in R exstant, auctoritas tribuenda est, cum hae solae lectiones ex communi archetypo repetitae sint et antiquitus traditae esse queant. archetypum codicum PR non pendet ex familia LDB

<sup>1)</sup> Dissentit uelut 148, 15; 533, 5.

sed alteram familiam repraesentat, quae in multis ueram lectionem uel sola ipsam exhibet nel ab ea propius abest. huius familiae PR optima exemplaria esse intellexi; ceteroram enim alia (uelut T O Portense X<sub>2</sub>) magis interpolata sunt et quae in PR 1) a correctoribus supra scripta sunt, iam in contextu ipso exhibent, alia (ut V) etiam magis contaminata sunt. archetypum PR iam interpolatum erat triplici fere genere: primum uocabula non intellecta, maxime rariora in alia leuiter mutata sunt, uelut 73, 9 fabre] faber, 88, 6 sine more] sine mora, 184, 1 Morinus] marinus, 387, 3 Vxellodunum] uelut unum; deinde sed multo rarius uocabula integra inserta sunt uelut 168, 15 mortes; postremo sed paucioribus etiam exemplis uocabulum Orosianum in aliud commutatum est, uelut 387, 19 undique (pro ilico), ut omittam adiaphora, in quibus utrum uerum sit discerni nequit, uelut cum 318, 7 ac LD, et PR, 383, 1 isdem (hisdem) LD, ipsis PR exhibent. notabile praeterea est corruptelae genus, quo aliquotiens in nominibus propriis consonantes sedem inter se mutarunt ad haec exempla: 534, 11 admeredam (pro Admederam), VII 37 quater ragadaisus (pro Radagaisus 3). — ut paucis comprehendam, in quibus Rehdigerani utilitas posita sit, communis ei cum P archetypi optimi testis est licet gemello suo paullo inferior, sed ad IIII 1 usque V 7, ubi periit P, solus: deinde in P scriptura primaria nonnumquam erasa est, in R autem superstes; denique cum permulta, quae in R a diuersis correctoribus inlata sunt, ab aliis codicibus recepta sint, magni est pretii ad contextus Orosiani uicissitudines cognoscendas. quae cum ita sint, huius quoque codicis discrepantiam plenam adnotani.

Conjunctis horum codicum testimoniis recte usi archetypum resuscitare possumus, quod quamquam corruptelis non carebat<sup>3</sup>), ab auctoris tamen ut aetate ita scriptura tam prope

<sup>1)</sup> Maxime R, nam in P longe pauciora exstant.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup>) Similis menda iam in utriusque familiae archetypo exstabat uelut haec: 316, 16 teutodobus (pro Teutobodus).

<sup>3)</sup> Velut corruptelae habentur: 396, 6 (ubi cum singulis legionibus in cum singulas legiones, deinde in singulas legiones abiit); in numeris:

ment, quam fere nullum alius scriptoris ueteris quod restinere possumus archetypum. itaque ubi consentiunt LDBSPRant, in quibus ceteris praesertim L caremus, DPR, ab ea lectione un discedere licet nisi cogente summa necessitate et semper cauendum est, ne potius Orosium ipsum quam librarios corrizamus. in hanc partem Franciscus Fabricius Marcoduranus, alioquin de Orosio bene meritus, maxime peccauit, qui saepissime pro iis, quae Orosiana sunt, fastorum uel historicorum esterum lectiones intulit. inde factum est, ut, cum praecipuum Orosii pretium in eo positum sit, ut quid ille tunc apud metorem aliquem scriptum inuenerit doceamur, eam utilitatem plane sustulerit Fabricius eumque secuti editores postenores. — huc accedunt Orosii errores eiusque sermonis promietas, in quibus rebus qualia ei tribui possint apud eumque wleranda sint, caute ubique reputandum est. sermonem h. l. mittam 1), sed leuitatis exempla sunt quaedam subicienda: 384, 3 dum — geruntur; 246, 9 Sarnus (pro Arnus); 167, 9 Philippus pro Iulio Caesare memoratus; 208, 12 numerus interfectorum. - itaque uelut 256, 15 Cesenam pro Sena uocatam intactam reliqui et alia id genus multa. at 290, 9 Metellum pro Lepido cf. 290, 3) inlatum esse ne in Orosio quidem credi potest. certe alterum plane simile exemplum frustra apud eum quaeini. - non minore cautione opus est in glossematis statuendis. am difficillimum est de eiusmodi rebus decidere in eo scriptore, qui semet ipse quodammodo interpolare soleat: uelut, dum duos auctores simul compilat, IIII 14 § 7 duas apud Trebiam

<sup>241, 21; 243, 17; 355, 12;</sup> lacunae: 330, 17; 331, 13; 364, 18; glos-ma: 418, 6. notabile est corruptelae genus quoddam ex correcturis male intellectis natum: 395, 1 corfinium] supra cornicium scr. est fi sed ci non deletis in LP, inde cornificium DR; 267, 19 sulcamum inde explicari puto quod huic ulcamum adscripta fuerat s sed ante u inserta est cum deberet litterae l loco poni; uersa uice 326, 9 huic ternum cum a adscripta esset ut ante t adderetur, perperam litteram r remouit; item uelut 323, 19 sereniam, quod PR pro Assermiam (esermiam) exhibent, natum est ex e altera loco falso inserta.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup>) Hoc solum afferam, Haverkampum ubicumque fere haec cur et quia ex posterioris illius aetatis usu notissimo ab Orosio adhibita (cf. Indicem nostrum V) perperam immutasse.

sed alteram familiam repraesentat, quae in multis ueram lectionem uel sola ipsam exhibet ael ab ea propius abest. huius familiae PR optima exemplaria esse intellexi; ceteroram enim alia (uelut T O Portense  $X_0$ ) magis interpolata sunt et quae in  $PR^{1}$ ) a correctoribus supra scripta sunt, iam in contextu ipso exhibent, alia (ut V) etiam magis contaminata sunt. archetypum PR iam interpolatum erat triplici fere genere: primum uocabula non intellecta, maxime rariora in alia leuiter mutata sunt, uelut 73, 9 fabre] faber, 88, 6 sine more] sine mora, 184, 1 Morinus] marinus, 387, 3 Vxellodunum] uelut unum; deinde sed multo rarius uocabula integra inserta sunt uelut 168, 15 mortes; postremo sed paucioribus etiam exemplis uocabulum Orosianum in aliud commutatum est, uelut 387, 19 undique (pro ilico), ut omittam adiaphora, in quibus utrum uerum sit discerni nequit, uelut cum 318, 7 ac LD, et PR, 383, 1 isdem (hisdem) LD, ipsis PR exhibent. notabile praeterea est corruptelae genus, quo aliquotiens in nominibus propriis consonantes sedem inter se mutarunt ad haec exempla: 534, 11 admeredam (pro Admederam). VII 37 quater ragadaisus (pro Radagaisus ). — ut paucis comprehendam, in quibus Rehdigerani utilitas posita sit, communis ei cum P archetypi optimi testis est licet gemello suo paullo inferior, sed ad IIII 1 usque V 7, ubi periit P, solus; deinde in P scriptura primaria nonnumquam erasa est, in Rautem superstes; denique cum permulta, quae in R a diuersis correctoribus inlata sunt, ab aliis codicibus recepta sint, magni est pretii ad contextus Orosiani uicissitudines cognoscendas. quae cum ita sint, huius quoque codicis discrepantiam plenam adnotani.

Coniunctis horum codicum testimoniis recte usi archetypum resuscitare possumus, quod quamquam corruptelis non carebat<sup>3</sup>), ab auctoris tamen ut aetate ita scriptura tam prope

<sup>1)</sup> Maxime R, nam in P longe pauciora exstant.

<sup>2)</sup> Similis menda iam in utriusque familiae archetypo exstabat uelut haec: 316, 16 teutodobus (pro Teutobodus).

<sup>3)</sup> Velut corruptelae habentur: 396, 6 (ubi cum singulis legionibus in cum singulas legiones, deinde in singulas legiones abiit); in numeris:

ment, quam fere nullum alius scriptoris ueteris quod restiwere possumus archetypum. itaque ubi consentiunt LDBSPRat, in quibus cotoris praesertim L caremus, DPR, ab ea lectione men discedere licet nisi cogente summa necessitate et semper auendum est, ne potius Orosium ipsum quam librarios corrimms. in hanc partem Franciscus Fabricius Marcoduranus, alioquin de Orosio bene meritus, maxime peccauit, qui saesissime pro iis, quae Orosiana sunt, fastorum uel historicorum zeterum lectiones intulit. inde factum est, ut, cum praecipuum Orosii pretium in eo positum sit, ut quid ille tunc apud anctorem aliquem scriptum inuenerit doceamur, eam utilitatem plane sustulerit Fabricius eumque secuti editores postenores. — huc accedunt Orosii errores eiusque sermonis proprietas, in quibus rebus qualia ei tribui possint apud eumque zeleranda sint, caute ubique reputandum est. sermonem h. l. mittam 1), sed leuitatis exempla sunt quaedam subicienda: 384, 3 dum - geruntur; 246, 9 Sarnus (pro Arnus); 167, 9 Philippus pro Iulio Caesare memoratus; 208, 12 numerus interfectorum. - itaque uelut 256, 15 Cesenam pro Sena uocatam intactam reliqui et alia id genus multa. at 290, 9 Metellum pro Lepido (cf. 290, 3) inlatum esse ne in Orosio quidem credi potest, certe alterum plane simile exemplum frustra apud eum quaesizi. - non minore cautione opus est in glossematis statuendis, am difficillimum est de eiusmodi rebus decidere in eo scriptore, ani semet ipse quodammodo interpolare soleat: uelut, dum cuos auctores simul compilat, IIII 14 § 7 duas apud Trebiam

<sup>241, 21; 243, 17; 355, 12;</sup> lacunae: 330, 17; 331, 18; 364, 18; gloszena: 418, 6. notabile est corruptelae genus quoddam ex correcturis male intellectis natum: 395, 1 corfinium] supra cornicium scr. est fi sed ci non deletis in LP, inde cornificium DR; 267, 19 sulcamum inde explicari puto quod huic ulcamum adscripta fuerat s sed ante u inserta est cum deberet litterae l loco poni; uersa uice 326, 9 huic ternum cum a adscripta esset ut ante t adderetur, perperam litteram r remouit; item uelut 323, 19 sereniam, quod PR pro Asserniam (eserniam) exhibent, natum est ex e altera loco falso inserta.

<sup>\*)</sup> Hoc solum afferam, Haverkampum ubicumque fere haec cur et quia ex posterioris illius aetatis usu notissimo ab Orosio adhibita (cf. Indicem nostrum V) perperam immutasse.

pugnas effinxit et IIII 18 § 6 et § 8 Claudium Marcellum bis interfectum esse narrat; cf. VII 15 § 2. itaque paucissima quae omnino excludenda essent repperi (418, 6; 492, 12, quibus fort. addendum 347, 16), longe plura, licet suspecta, reliqui uelut illa 77, 10—12 1).

Vbi altera familia ab altera dissentit (LSDB ab PR) et aequa utrimque libra pendet, momentum sumi saepe potest ex sententia aut ex Orosii auctore aut denique ex codicum corrumpendi more<sup>3</sup>), in aliis, quae plerumque pertinent aut ad nomina propria scribenda<sup>3</sup>) aut ad adiaphora (uelut ac-et), res in ambiguo relinquitur.

Vbi utriusque familiae singuli contra ceteros stant, per se id praeferendum erit, cui LP patrocinantur; ubi unus pugnat cum ceteris, horum lectioni per se maior auctoritas tribuenda est. sed hic maxime non tam testium numerus quam lectionis indoles in rationem uenire debet, nam saepe unus codex uerum seruauit praesertim L aut P, in iisque locis praeter cetera hoc examinandum est, num ex eius codicis solitarii more suspicio corruptelae uel interpolationis  $^4$ ) repeti possit.

Denique uix est quod addam, ubi in plures partes discedunt codices, uelut in has tres L-D-PR, quid ab Orosio profectum sit, nisi aliunde accedat momentum, discerni plane non posse; 378, 17 ubi pro *Mandubratio* tradunt andragio D, androgio L, androgorio PR ut aliquid tamen penerem,

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup>) Ea uerba, iam ab Isidoro compilata, absunt ab G; sed is descendit ex codice ab homine docto satis uafre correcto et interpolato.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup>) Velut 379, 8 et 11 Advatuci scripsi propter D 373, 10 et quia Atvatuti codicum solita paronomasia (a tua tuti) natum esse potest. 385, 6 utique recipiendum erit Veliocasses et illud Veloc. 372, 9 potius ex hoc corrigendum; 385, 5 non abnuerim, si quis corruptum Saletos ipsi Orosio tribuere uolet.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup>) In quibus ubi L et P exstant, parem utraque lectio auctoritatem, ubi L et R exstant, P autem deest, ea quam L tuetur paullo maiorem habet.

<sup>4)</sup> De mendorum generibus Laurentiano propriis uide supra p. VIII, ubi in talibus nullam huic contra ceterorum consensum fidem tribuendam cese dixi. raris exemplis ita interpolatus est sicut 331, 8, ubi siderata pro desiderata exhibet.

am Nipperdeio scripsi Mandubragio (praecedit cum); sed tiam mandragio aut andragio Oresianum esse potesti

In rebus orthographicis, ut consentaneum erat, petissime secutus sum Laurentianum et, ubi eo caremus, potius D codicem, in his queque illi affinem, quam  $PR_{i'}$  quorum scriptura er dinersa doctrina satis constanter constituta est. ceterum in unta antiquorum Orosii codicum copia luculento exemplo intellegi potest, quam parua fides codicibus etiam noni decimique saeculi tribuenda sit in his rebus (uulgaria dice, nam rariorum alia est ratio), eosque suum potius usum sequi solere. quam ueterum auctorum quos descripserunt manum conservare. ut haec tantum afferam, in summa quae Relidigeraho cum P intercedit similitudine multa tamen corthographica sunt, quibus ab eo discrepat, uelut blasphemia R (f P), ecclesia (o); solers (II), brachium (cc), conditio (c), itemque dultia, fallatia, internitio, Lutius, pravintia, solatium, satius, suspitio. huc accedit, quod codicis R ab uariis manibus coacuis infinitis lecis prima scriptura matata; est, ut is sic correctus uel codex ex eo descriptus in his rebus quantum iam's R gemello aut a communi amborum archetypo differat intellegi facile possit. quid quod Pauli, qui octano saeculo medio Orosium compilanit, exemplaria eodem modo inter se discedere solent quo ipsius Orosii codices illis fere coaeui (uelut 312, 7 internicionem B. s. IX, internitionem A s. X). - quod ad nomina proprie attinet, codicum scripturam nisi in paucissimis, quae tritissima sunt, (ut Euphrates, Pyrrhus, Sulla) non mutaui; uplut intacta reliqui. Horodes .(pro Orodes), Palefatus, Afellas (pro Ophellas), quae possunt certe ab Orosio profecta esse. in ea re hec quoque secutus sum, ut antiquam nominis scripturam, si uno loco tradita est, in ceteris quoque ex eodem fonte haustis reciperem. — ceterum abstiuendum utique erat a summa constantia quaerenda, duae ab tali scriptore multo etiam magis abhorret quam ab aliis.

Codicam eorum, quibus subsidiariis usus sum, elenchum infra subieci, quo tamen non comprehensi sunt ii, quos semel iteramue a me memoratos in ipso apparatu satis clare designati. meliores eorum attuli in iis praesertim partibus, in quibus, deficiente L (aut L cum P: V 1 § 1 — § 7 med.

utriusque familiae exemplaria inter se discrepant, ceteros rarissime et tum quidem, si qua lectio quadam de causa memoranda erat. — hic illic codex uel maxime interpolatus uerum solus exhibet etiam in talibus, quae coniecturae suspicionem excludere uideantur, uelut T 241, 21: VIIII, O 355, 12: DCLXII, Vat. 1977 (s. X) 316, 16: Tcutobodus. ac potest sane fieri, ut horum quaedam meliori alicui archetypo debeantur, sed omnino iis magna cum cautione utendum est et eo quidem maiore, quod constat Orosianos codices ex aliis quoque scriptoribus interpolatos esse, uelut ex Sallustio (311, 1 D G), Iustino (182, 7  $V_2$   $V_3$  curru; cf. 72, 16 R hic), Claudiano (532, 3 G aliique), fort. Iordane (64, 12 R).

- A Treuerensis 1096 (= LXXXIX) saec. X. m. 1 desinit 302, 11 in quingentos, coacua continuauit usque 307, 14 uiderent. ipse Heidelbergae contuli. affinis est Laurentiano.
- C Monacensis 6308 (Fris. 108) s. VIII—IX. incipit a p. 3, 3 -beat totumque, deficit in 272, 1 linguae. totum contulit Du Rieu, haec 3, 3—28, 11 et 69, 12 recte—79, 12 Halmius, illa 57, 12—272, 1 Thomas. proximus est codici P, sed ualde corruptus (licet neclegentia magis quam interpolatione) ac iam hic illic contaminatus.
- E Laurentianus Gadd. pl. 89 sup. 21 s. XIV. integrum contulit Du Rieu.
- F Laudunensis 137 s. VIII. partes quasdam contulit Du Rieu. primae familiae est sed barbare corruptus.
- Sangallensis 621 s. IX. Orellii collationem a Baitero acquisitam Halmius mecum communicauit; deinde totum codicem ipse et (p. 534 seqq. ed. Hav.) Hugo Hinck amicus optimus Heidelbergae a. 1873 excussimus. ad primam scripturam (1°) adiectae sunt stilo (1°) uel uariae lectiones, plerumque uerae et cum PR consentientes, uel summaria a rubricatore pingenda; 1°: sunt ipsae hae lectiones ab eadem manu deinde inlatae; m. 2° et 2°: glossae diuerso atramento sed ab eodem ut uid. homine scriptae; m. 3: Ekkeharti IIII est, mortui circ. a. 1060. cf. Duemmler in Hauptii Zeitschrift f. d. Alt. n. F. II (1869) p. 1 sqq. prioris familiae est, sed ex archetypo descendit ab homine docto audacter interpolato et contaminato. longe

memorabilior est non solum propter glossas 1) sed etiam propter Ekkeharti 'assumptis duobus exemplaribus' (Duemmler p. 2) factam recognitionem. qui, ut hoc breuiter moneam, minime codices hos continua opera contulit sed., ut apparet, non fere nisi in iis, ubi quid offensioni esset, inspexit: lacunas certe codici G proprias paene numquam suppleuit.

Parisinus 9665 (Clumiacensis) a IX. contulit Du Rieu, ipse H inspexi.

Laurentianus S. Crucis: pl. 20 sin. 2, saec. XI ineuntis. K tetum contulit Du Rieu.

Laurentianus pl. 65, 35 s. X (Flor. 2' Hav.). totum con-M tulit Du Rieu. — K et qui paulle integrier M in melioribus primae familiae codicibus numerandi sunt. maxime affines sunt codici S.

Vaticanus 1974 s. X. totum contulit Du Rieu, partem ego. N interpolationibus scatet.

Vaticanus 3339 s. X. partem contuli ego.  $N_1$ 

Bernensis 160 (olim Petri Danielis) s. XI. totum contulit O Du Rieu. cf. p. XVI.

Venetus 349 s. XI. partem contulit Du Rieu. conspirat  $O_1$  fere cum  $O_2$ .

Portensis n. 82 s. XI. collationem edidit Grubitz 2), ex-Port. cerpta nobis misit Boehme. familiae secundae exemplar est fere non contaminatum.

Vaticanus Pal. 828 s. XII. ad V 1 princ. contulit Mau. II descriptus est non ex  $P^3$ ), sed ex R iam a m. 2 interpolato aut ex eius progenie.

Vaticanus Reg. 296 s. X. Mau excerpsit. Q<sub>1</sub>
Bernensis 128 s. X. ego excerpsi Heidelbergse. Q<sub>2</sub>

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup>) Inter quas etiam Enniana quaedam sunt, uelut illud supra persum p. 221, 13 (-tandos Alexandri actus democratum) ab Ekkeharto adnotatum: Ennius Qualis consiliis quantumque potesast in armis; cf. Duemmler p. 11 not. 3. apographa mea Vahleno misi.

<sup>\*)</sup> Ernesti Grubitz Emendationes Orosianae. Numburgi 1835. 4°. (progr. scholae Portensis).

<sup>\*)</sup> Reifferscheid B. P. I p. 301 not.

- T Monaceasis 6380 (Fris. 180) s. X-XI. totum contulit Du Rieu, ipse Heidelbergae adhibui. cf. p. XVI.
- V Vindobonensis 366 (= Endl. 334) s. IX—X. haec p. 4—84; 284—303, 355—358, 548—556 ed. Hav. Halmio contulit D! Detlessenus, partes quae desunt în L în nostrum usum Carolus Kaplan. male interpolatus et contaminatus.
- Vercellensis s. IX. cf. Reifferscheid, B. P. II p. 218. partem contulit Du Rieu; ipse excerpsi a. 1873. meliorum est codicum familiaeque priori potius tribuendus, sed contaminatus est atque haud dubie uiri docti recognitionem exhibet qui etiam ex Iustino interpolauit (uelut 182, 7 curru post quasi inseruit ex XII 10 § 5); quare lectiones eius non sine cautione magna adbibendae sunt 1).
- V<sub>3</sub> Pestinensis bibliothecae musei nationalis Hungarici n. 246 (olim Nicolai Iankovich). cf. Haenel Iahrb. f. Phil. Suppl. 5 p. 592. rettulit de eo a nobis rogatus bibliothecae praefectus. paullo post Michael Ring et commentationem de eo scriptam, editam deinde in eph. quadam Hungarica, es pars continet 1) I 15 p. 65, 9 atque accènsae—V 15, p. 311, 10 hostes et 500, 16 illos—501, 9 interfectus est (s. IX Haenel, X Ring, XI bibl.), 2) VI in.—VII 28 p. 500, 16 persecutores (s. IX H., X sed al. m. R., X bibl.). codex plane gemellus est Vercellensi, man, man, man, man, man, p. 311, 12 turbatosque—l. V extr. a m. s. H. (XII R. et bibl.), p. 311, 12 turbatosque—l. V extr. a m. s. H. (XI R et bibl.), p. 501, 10 Herculius—VII extr. ab ead. m. R. (ab al. m. s. XI bibl.; Haenelius non distinxit).
  - W Treuerensis 1094 (= LXXXVIII) saec XI. Andreas Weidnerus collationem suam horum I—II 15 benigne mihi con-

<sup>†)</sup> cf. ad p. 192, ubi ad l. 5 addendum quod Itaganor legit cum  $V_3$ .

<sup>\*)</sup> cf. Revue de philoi. 1877, rev. des revues p. 166.

<sup>3)</sup> Non Portensi affinis est, ut Ringio uisum seducto interpolationibus recentissimis ab Haverkamplo male receptis, quae non solum a Portensi (cuius solius notitia accuratior suppetebat Ringio) sed antiquioribus omnibus absunt.

cessit. ipse deinde adhibui codicem Heidelbergse. familiae 86- ) candse est sed contaminatus.

Monacensis 10292 (Mannhem.) s. XI. partem contulit Du  $X_1$  Rieu; excerpsit hunc ut etiam  $X_3$   $X_4$  Halmius, deinde ipsos mihi Heidelbergam misit.

Monacensis 22025 s. XI — XII. integer collatus ab Halmio.  $X_2$  Monacensis 13041 s. XII. uide ad  $X_1$ .  $X_3$  Monacensis 26308 (Quatrem.) s. XII. uide ad  $X_1$ .  $X_4$  Lugd. Bat. Voss. Lat. fol. n. 18 s. XIII ex. ('Lugd. 1' Hav.).  $Y_1$  Lugd. Bat. bibl. acad. publ. Lat. n. 110 s. XIV ex. ('Lugd.  $Y_2$  2' Hav.).

Lugd. Bat. bibl. acad. publ. Lat. n. 80 s. XV ('Lugd. 3'  $Y_3$  Hav.). — descriptum esse ex codice O censet Du Rieu.

Lugd. Bat. Voss. Lat. fol. 13 s. XII ('Lugd. 4' Hav.).  $Y_4$ Londiniensis Musei Brit. Reg. 6. C. VIII s. XIII. ipse excerpsi.  $Y_5$ Lugd. Bat. Perizon. fol. 22 s. XIV ('meus' Hav.).  $Y_6$ 

Lugd. Bat. Periz. fol. 7 anni 1468 ('Periz.' Hav.). — sex  $Y_7$  Lugdunenses descripsit et excerpsit Du Rieu; Haverkampii usus testimonio eos memorani sed rarissime nec nisi ibi, ubi Havercampianae lectionis fons indicandus erat.  $Y_7$  interpolationibus facile omnes exsuperat.

Denique memoranda Alfredi regis interpretatio Anglosaxonica qua Orosius breuiatus et additamentis quibusdam auctus exhibetur. uter editione Bosworthii a. 1859, qui eam expressit ex codicibus Lauderdaliano s. IX extr. et Cottoniano Tib. B. I sacc. X. exemplar Orosianum Alfredus adhibuit primariis nostris inferius et uix nono saeculo antiquius; uelut l. I extr. interpolationem chronologicam iam exhibet.

Editionum lectiones raro attuli, ut consentaneum est, nec fere nisi ibi, ubi nosse interest, quid inde ab Haverkampo uel per plura etiam saecula apud Orosium lectum sit; paucissimae alia de causa memorandae fuerunt, uelut siqua forte editoris emendatio recipienda fuit. notis usus sum hisce:

editio Augustana a 1471 ex  $X_2$  aut gemello codice fide Z expressa.

editio Vicentina s. a. (saec. XV), ceterarum omnium funda- $Z_1$  mentum.

- Col. editio Bolsvingii Coloniensis 1526 fol. et (cum ea conspirans)
  1542 in 86. capitum divisionem, qua utimur, kic editor
  introduxit.
  - f editiones Francisci Fabricii Marcodurani Col. 1561 et 1574 et (quam ad l. III VII plerumque adhibui) 1582.
  - s editio Andreae Schotti, Moguntiae 1615.
  - h editio Haverkampi Lugd. Bat. 1738, nouo titulo emissa a. 1767.
  - v lectio uulgata (i. e. fsh consentientes nisi ubi aliud notatur).

De Orosii auctoribus et expilatoribus paucissima h. l. dicenda sunt haec. Moerneri egregiam de Orosii fontibus operam 1) accurate ad ipsos auctores recognoui ac singulorum locorum elenchum et in apparatu et in Indice II exhibui. ex iis, quae in his ipse obseruani, duo nunc quidem licet breuissime indicanda sunt.

Chronicis Eusebii, ab Hieronymo Latine redditis auctisque et continuatis, usum esse Orosium certum est, sed usus est Hieronymi exemplari aucto iam et immutato in iis partibus quae descendunt usque ad Christi passionis aut fortasse usque ad Vespasiani tempus. additamenta partim in Fuxensi quoque codice (Vat. Reg. 560) reperiuntur, cum absint et ab Eusebio et Hieronymo <sup>2</sup>) aut certe ab Hieronymo <sup>3</sup>); partim aliena sunt ab Eusebio et Hieronymo, sed in similem fere modum referuntur apud Syncellum, Panodori Anianique expilatorem <sup>4</sup>); partim denique ab ceteris absunt, sed ex Africano deducta esse nel ueri simillimum (VII 4 § 13 sq. cf. § 18) uel certum est (VII 4 § 15). deinde immutatus est Hieronymus VII 4 § 15, ubi non ethnici cum ille sed Graeci cum Eusebio memorantur <sup>5</sup>). — alia discrepantia, quae pertinet ad primorum impp.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup>) Theodorus de Mörner, De Orosii uita eiusque historiarum libris septem aduersus paganos. Berolini 1844. 8°.

<sup>2)</sup> I 7 § 2. 3; 11 § 1; 13 § 4.

<sup>3)</sup> I 20 § 1 (Agrigentinos memorant Arm. et Sync.).

<sup>4)</sup> I 4 § 7 I 5 § 1 et § 6 I 7 III 8 § 1, maxime III 7 § 6 sq., de quibus cf. Gelzer, Africanus I 1880 p. 117 et Herzogii Realencycl. ed. 2 VII p. 198. eorum tria ultima ad Africanum referenda esse constat.

<sup>&</sup>lt;sup>5</sup>) Hoc sic explicandum uidetur, ut mutationis auctor chronographo usus sit, qui eundem quem Eusebius exscripsit, i. e. Africanum.

Remanorum seriem, utrum ex eodem Hieronymi exemplari sumnta sit an Orosio ipsi debeatur, non discerno. est autem haec:

Hier.: 1 Caesar, 2 Aug., 3 Tib., 4 Gaius, 5 Claud., 6 Nero, 7 Vesp.

Ores.: 1 Aug., 2 Tib., 3 Gaius, 4 Claud., 5 Nero, 6 Galba, 7 Vesp.

Quae cum ita sint, hoc mihi esse probabile uidetur, Orosium etemplar Hieronymi adhibuisse auctum immutatumque ex Aniano uel Panodoro 1), quale licet minus plenum ad nos peruenit codice Fuxensi. quod si uerum est, Carthagine, ubi a 417 opus suum perfecit 2) Orosius, iam tum extitisse tale etemplar edocemur et alfredi de Gytschmid de Fuxensis recensionis antiquitate iudicium (Iahrb. f. Philol. 1867 p. 679); hae comprobatar.

Deinde paucis significandum est, non Liuio ipso usum esse Orosium sed epitoma quadam deperdita 3) et, id quod maioris momenti est, eadem quidem epitoma, ex qua periochae sperstites excerptae sunt. nam rerum delectu et ordine, verbis quoque ipsis saepe inter se consentiunt, dum discrepant a Liuio, quin etiam errores a Liuio alienos (uelut IV 14 § 9 Magonem pro Hannone) communes habent. inde primum consequitur periochas et excerpta Orosiana diverses quidem testes esse solius archetypi illius, i. e. epitomae deperditae, non tamen Liuii ipsius, deinde origo periocharum nostrarum qualis fuerit iam certo affirmari potest 4). Im uero cum eandem atque Orosium epitomam adhibuisse Cassiodorium in Chronicis indicia quaedam probent cf. uelut IV 11 § 6; V 16 § 1) cumque eodem Liuio quo cassiodorius usos esse Vopiscum, Victorem De uiris ill.,

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup>) Panodorus chronica sua usque ad a. p. Chr. 412 perduxit, cf. Clinton ad h. a.

<sup>?)</sup> Is annus nunc quidem codicum lectione p. 564, 1  $\overline{v}$  DCXVIII demonstrata extra dubitationem positus est.

<sup>\*)</sup> Hoe iam Niebuhrius coniecerat, rer. Rom. III<sup>2</sup> p. 479. 500 et Lectionum I (Berol. 1846) p. 58.

<sup>\*)</sup> Niebuhrii (Lectt. I p. 56) et Ottonis Jahnii (edit. p. VIII sqq.) de hac re sententiam recte nuper impugnauit Woelfslinus, Comm. Mommsen. p. 350, argumentis ex sermonis indole petitis usus.

Eutropium, Sex. Rufum, Obsequentem Mommsenus, Cassiod: 1 p. 552 et 696 demonstrauerit, totidem eiusdem illius epitomae deperditae testes iam acquisiuimus. — periocharum codicem primarium Nazarianum Palatinum 894 (s. IX) totum denuo contuli, cum in Iahnii editione (Lipsiae 1853) nescio quo fato permulta non recte de eo relata, plures etiam eius lectiones plane omissas esse intellexissem.

Praeterea monenda sunt haec: de Orosii ex Iustino excerptis eorumque pretio critico sagaciter disputauit Ruchlius libello Die Textesquellen des Iustinus (Iahrb. f. Philol. Suppl. VI 1872). — molesto fero, quod editionem eius cuius specimen ) nuperrime emisit adhibere nondum potui.

Floro usus sum edito ab Iahnio a. 1852 et Halmio a. 1863. inspexi etiam codices Palatinos Heidelbergenses n. 894 (s. IX) et 1568 (s. XI). Orosius cum his potius quam cum Bambergensi consentit, indeque eius recensionis, nimis opinor huc usque neclectae, uetustas certo asseritur.

m autem cinium Romanorum inter eos reperta atque reuocata sunt: quod uictoribus consulibus solacio fuit. nam et ab p. see exercitu eorum VIII ceciderunt. Hannibali caput fratris sui 15 Hasdrubalis ante castra projectum est. quo uiso et simul sclade Poenorum cognita, anno tertio decimo quam in Italiam uenerat refugit in Bruttios. post hace anno continuo inter 16 Hannibalem et Romanos quies a tumultu bellorum intercessisse uisa est, quia inquietudo morborum in castris erat et grauissima pestilentia utrique exercitus agebantur. interea 17 u Scipio uniuersa Hispania a Pyrenaeo usque ad Oceanum in prouinciam redacta Romam uenit, consul cum Licinio Crasso creatus in Africam transiit, Hannonem Hamilcaris filium, ducem Poenorum, interfecit, exercitum eius partim caede partim captiuitate 'disperdidit: nam undecim milia Poenorum eo s proelio occidit. Sempronius consul cum Hannibale congressus 18 et uictus Romam refugit. Scipio in Africa adgressus hiberna Poenorum atque alia Numidarum, quae utraque haud procul ab Vtica erant, nocte concubia fecit incendi. Poeni trepidi 19 cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum

AVCTORES § 15 Livius 27, 51 § 11—\$ 13, sed illis caput fratris...

ante castra—uiso ex Floro sumpta sunt, ill anno xiii Livio 27, 39 § 7

et § 9 § 16 Livius 28, 46 extr. § 17 Livius 28, (30—37) 38,

24—27.34; in illis tamen xi milia...occidit male Eutropium 3, 20 secutus

est. § 18 Sempronius—Romam (!) refugit Livius 29, 36 || Scipio—

§ 19 Livius 30, 3-6 (cf. Periocha)

## EXPILATORES 3 Hannibali—6 Bruttios execripsit Paulus 66

1  $\overline{\text{mil}}$  milia autem L milia autem R quatuor milia autem D; autem om. v || re-p (er. m?) R 2 solatio R 3  $\overline{\text{um}}$  mili. L viii. milia R octo milia D || caeciderunt L || sui-p (er. s?) R 5 tertio decimo] LRD (tercio D) decimo tertio v 9 utrique] DAGKMTON utriusque LH uterque (utq: R) Rv || agebatur R post ras., fs angebatur H angebatur R 10 pyreneo LRD || ad om. R || ocianum D || in om. L 11 redactam L 12 hamilcharis LR-hamylcharis R0 amilcaris D 13 caede] cedit D 15 progressus L 16 aggressus R2 || hyberna R 17 talia R0 italia R1 || numidiarum L || aut R2 || rocul D 18 R2 ocncubia R3 R4 excubia R5 || intendi L6 19 putarint L6 R9 putarint L9 puta

concurrerunt: quare facile ab armatis oppressi sunt. in utrisp. 267 que calstris quadragiata milia hominum igni ferroque consumpta sunt, capta quinque milia, duces ipsi miserabiliter
20 ambusti aegre effugerunt. Hasdrubal imperator Carthaginem
profugus uenit; itaque Syphax et Hasdrubal mox plurimum s
reparauere exercitum atque iterum cum Scipione congressi
21 sunt, uictique fugerunt. Syphacem fugientem Laelius et Masinissa ceperunt, cetera multitudo Cirtam confugit, quam Masinissa oppugnatam in deditionem recepit, Syphacem ad Scipionem catenis uinctum deduxit; quem Scipio cum ingentibus 10
spokiis plurimisque captiuis perducendum Laelio tradidit.

19 Hannibal redire in Africam iussus, ut fessis Carthaginiensibus subueniret, flens reliquit Italiam omnibus Italici generis militibus qui sequi nollent interfectis. cui ad Africanum litus propinquanti iussus quidam e nauticis ascendere in ar-15 borem nauis atque inde speculari, quam regionem teneret, se-

AVCTORES § 20 Liuius 30, 7 et 8 § 21 Liuius 30, 9.12. 13.16 exceptis cum ingentibus spoliis ex Eutropio 3, 20 petitis cap. 19 § 1 Liuius 30, 19.20.25 extr.

· EXPILATORES 13 hinc quam flens dicitur reliquisse Eutropianis inseruit Paulus 68, 8

1 concorerunt  $D \parallel$  utriusque R 2 cocc sic R4 effugerunt] RD Livius, v aufugerunt L solus || karth-5 profectus L item KM || syfax R sifax D $\boldsymbol{R}$ 7 confugerunt L || syfacem LR sifacem D || fugraentem (1 D m. 1 in ras., ex  $\dot{\mathbf{u}}$ ? punctum certum est) D || lelius R || masinissa|  $R^{b}D$  massinissa  $LR^{b}$  8 ceperunt  $R^{a}$  || masinissa] RD massinissa 9 syfacem LR sifacem D10 ninctum catenis R11 plurisque  $R^*$  || perducendum] LRDA rome (sic) transmiserit in epitoma sua D perducendum romam  $\varsigma$  (GHN) Romam perd. v; 'Scipio C. Laelio cum Syphace aliisque captiuis Romam misso' Livius 30, 16 § 1, 'Syphax cum nobilissimis Numidis et infinitis spoliis Romam a Scipione mittitur' Eutropius 3, 20; cf. Grubitz 12 affricam RaD 14 qui sesse | sequi (pag. extr. sequi 13 reliquid R. eras.)  $L \parallel$  nolle  $L \parallel$  affriganum D 15 propinquante R  $\parallel$  nautis D | ascendere] codices; fort. escendere scripsit ut Livius 30, 25 § 11, 16 adque  $LD \parallel$  reginem  $D \parallel$  tenerent Licf. infra ad 6, 15 § 34 uius || sepulchum D

pulchrum dirutum se prospexisse re'spondit; abominatus dictum p. 208
Hannibal deflexo cursu ad Leptina oppidum copias exposuit.
qui continuo refecta multitudine Carthaginem uenit, deinde 2
conloquium Scipionis petiit. uhi cum se diu attoniti admiratione mutua duo clarissimi duces suspexissent, infecto pacis
negotio proelium consertum est: quod diu magnis ducum 3
artibus dispositum, magnis copiarum molibus gestum, magnis
militura uiribus consummatum Romanis uictoriam contulit.
octoginta ibi elephanti uel capti uel occisi sunt, Carthaginiensium interfecta sunt xx milia quingenti Hannibal omnia et
ante proelium et in proelio expertus, cum paucis, hoc est uix
quattuor equitibus, inter tumultum elapsus Hadrumetum confugit. postea Carthaginem post sex et triginta annos, quam 4
inde paruus cum patre exierat, uenit consultantique senautui nullam esse residuam spem nisi in petenda pace persuasit.

C. Cornelio Lentulo P. Aelie Paeto consulibus Carthagini-5 ensibus pax per Scipionem uoluntate senatus populique concessa est. naues tamen plus quam quingentae in altum productae in conspectu ciuitatis incensae sunt. Scipio, iam tum 6 30 cognomento Africanus, triumphans Vrbem ingressus est; quem

AVCTORES § 2 —suspexissent Livius 30, 29.30.32 § 4 || § 2 infecto—§ 4 Livius 30, 31 extr. 32—35; § 3 LXXX elephanti sqq.] immo LXXX elephantos in acie habuit (Liv. 30, 33 § 4), quorum XI capti sunt (l c. 35 § 3); illa § 3 vix quattuor equitibus ex Eutropio 3, 23 sunt sumpta § 5 Livius 30, 40 et 43 (44 extr.) § 6 Livius 30, 45, cf. 43 § 11, at illa qui postea comicus. Carthaginiensium perperam addidit Orosius P. Terentio comico cum Q. Terentio Culleone senatore confuso

- p. 366 Terentius, qui postea comicus, ex nobilibus Cartha giniensium captiuis pilleatus quod insigne indultae sibi libertatis fuit triumphantem post currum secutus est.
- Anno ab Vrbe condita DXLVI bellum Punicum secundum finitum est, quod gestum est annis decem et septem. cui 5 Macedonicum continuo successit, quod Quintius Flamininus p. 270 consul sortitus post multa et grauissima proelia, quibus 2 Macedones uicti sunt, pacem Philippo dedit. deinde cum Lacedaemoniis pugnauit, uicto Nauide duce ipsorum nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium et Armenen Nauidis filium 10 8 ante currum duxit. Romani captiui, qui sub Hannibale per Graeciam uenditi fuerant, uniuersi recepti, capitibus rasis ob 4 detersam seruitutem currum triumphantis secuti sunt. eodem tempore Insubres Boi atque Cenomanni contractis in unum uirious Hamilcare Poeno duce, qui in Italia remanserat, Cre-15 monam Placentiamque uastantes, difficillimo bello a L. Fuluio 5 praetore superati sunt. postea Flamininus proconsule Philippum

AVCTORES § 1 Anno — DXLVI cf. ad 14 § 1 et 23 § 1 || bellum — § 2 Livius 30, 44 § 2 (32, 8) et Eutrop. 4, 1 et 2 § 3 Livius 34, 50 et 52 § 4 Livius 31, 10 et 21 § 5 et § 6 Livius 32, 28 (proconsule); 33, 4. \*7 sqq. 10 (ex quo Polybius, Valerius, Claudius laudati sunt)

EXPILATORES 11 Romani — 17 superati sunt quibusdam aliunde insertis execripsit Paulus 71

1 terrentius  $R \parallel$  nobilibus (bil ex lib ut uid., m. 1)  $D \parallel$  karth-R2 pilleatus] LR om.  $D \parallel$  indultae sibi lib. insigne  $v \parallel$  indultae] inultae  $D^*$  multae  $D^*$  3 pos D 4 p-mo·xL mo·sexto· L quingentisemo quadragensemo sexto D ·cccc·vi· (sic) R 5 decem et septem] LD x et vii R 6 machedonicum  $R^1 \parallel$  quintius] LR quintus  $D \parallel$  flamininus] LD (n posterior del. m. ut uid. 1 L) flamminius R 8 machedones  $R^1 \parallel$  lace-demoniis (ce ex che m. 2) R lacaedaemoniis D 9 nauide] LRD Nabide corr. v 10 demetrii  $D \parallel$  armenen] RG armen  $LDA \parallel$  nauidis] LRD Nabidis corr. v 11 ante] triumphans ante interpolauit G 12 greciam  $RD \parallel$  captibus D 13 deterram D 14 boi] RD bos L boii  $\mathfrak{P}v \parallel$  adque  $R^*D \parallel$  cenomanni]  $LR^*D\mathfrak{P}$  cenomani  $R^* \parallel$  unum (n ex m) D 15 hamilchare R amilcare  $D \parallel$  italiae (er. m)  $R \parallel$  cremoniam D 16 placenciumque  $D \parallel$  lucio D lutio  $R \parallel$  fluluio]  $LRD\mathfrak{P}$ ; Furio corr. fsh 17 praeturae  $D \parallel$  flamminius  $R \parallel$  proconsulae D

regem et cum eo Thracas Macedonas Illyrios multasque praeterea gentes, quae in auxilium ei uenerant, bello subegit. uicti 6 Macedones castra amiserunt, viii milia hostium eo die caesa, v milia capta Polybius scribit; Valerius dicit xL milia truscidata; Claudius uero xxxii milia interfecta commemorat.

Sed haec uarietas scriptorum utique fallacia est; fallaciae 7 autem causa profecto adulatio est, dum uictoris laudes accumulare uirtutemque patriae extollere uel praesentibus uel posteris student: alioquin, si inquisitus non fuisset numerus, nec qualiscumque fuisset expressus. quodsi gloriosum est duci et 8 patriae plurimos hostium peremisse, quanto magis laetum patriae et duci beatum potest uideri suorum uel nullos uel paucissimos perdidisse. ita lucidissime patet, quia isimili impu-9 dentia mentiendi, qua occisorum hostium numero adiicitur, p. 271 sociorum quoque amissorum damna minuuntur uel etiam omnino reticentur.

Igitur Sempronius Tuditanus in Hispania citeriore bello 10 oppressus cum omni exèrcitu Romano interfectus est; consul Marcellus in Etruria a Bois oppressus magnam partem 11 so exercitus perdidit; cui postea Furius alter consul auxilio accessit:

AVCTORES § 10 Liuius 33, 25 (cf. Periocha) excepto omni, quod Orosius more suo addidit § 11 Liuius 33, 36 et 37

EXPILATORES 19 consul-p. 262, 2 deleuerunt execripeit Paulus 71

1 trhacas  $R \parallel$  macedonas  $LR^2$  machedonas  $R^1$  macedones  $Dv \parallel$  yllyrios R illirios D 2 ei] eius  $D \parallel$  bellos (er. s?) R 3 machedones  $R^1 \parallel$  miserunt  $D \parallel$   $\overline{um} \cdot \overline{mil} \cdot L$  octo milia  $D \parallel$  ostium R 4  $\overline{u}$  milia L quinque milia  $D \parallel$   $\overline{u}$  milia L quadraginta milia D 5 xxxII (II simillim. litterae u) milia R xxx duo mil· L tregenta duo milia D 6 scribtorum  $L \parallel$  falacia  $D^2$  fallatia  $R^2$  7 adcumulare  $R^2D$  9 si om.  $D \parallel$  qualiscumque (s. s. s., m. fort. 1) L 10 quodsit L 12 uel nullos uel] nullospuel sed  $R^2D$  13 quial LRD quod  $R^2D$  14 haec hostium numero adicitur sociorum om.  $L \parallel$  numerus  $R^2D$  15 sotiorum  $R^2 \parallel$  dampna  $R^2 \parallel$  haec uel etiam omnino reticentur add. in mg. m. ut wid. 1 R 16 omnino ex omnium corr. L 17 semproneus  $L \parallel$  spania  $L^2 \parallel$  ispania  $L^2 \parallel$  ceteriore  $LL^2 \parallel$  19 a bois  $L^2 \parallel$  20 potea  $L^2 \parallel$  a boix wid.  $L^2 \parallel$  a bipso  $L^2 \parallel$  (item  $L^2 \parallel$  20 potea  $L^2 \parallel$  3 pois  $L^2 \parallel$  4 kacc hostium numero adicitur sociorum  $L^2 \parallel$  20 potea  $L^2 \parallel$  3 boix  $L^2 \parallel$  3 boix  $L^2 \parallel$  3 boix  $L^2 \parallel$  3 boix  $L^2 \parallel$  4 boix  $L^2 \parallel$  6 potea  $L^2 \parallel$  6 boix  $L^2 \parallel$  7 boix  $L^2 \parallel$  6 boix  $L^2 \parallel$  7 boix  $L^2 \parallel$  6 boix  $L^2 \parallel$  7 boix  $L^2 \parallel$  6 boix  $L^2 \parallel$  6 boix  $L^2 \parallel$  7 boix  $L^2 \parallel$  7 boix  $L^2 \parallel$  7 boix  $L^$ 

atque ita universam Boiorum gentem igni ferroque uastantes propemodum usque ad nihilum deleverunt.

- 12 L. Valerio Flacco M. Porcio Catone consulibus Antiochus rex Syriae bellum contra populum Romanum struens in Earo-
- 13 pam transiit ex Asia. tunc etiam Hannibal propter excitandi s belli rumores, qui de eo apud Romanos serebantur, exhiberi Romam a senatu iussus, clam ex Africa profectus ad Antiochum migravit: quem cum apud Ephesum inuenisset cunc-
- 14 tantem, mox in bellum inpulit. tunc etiam lex, quae ab
  Oppio tribuno plebi lata fuerat, ne qua mulier plus quam 10
  semunciam auri haberet neue uersicolori uestimento nec
  uehiculo per Vrbem uteretur, pest uiginti annos abrogata est.
- 15 P. Scipione Africano iterum T. Sempronio Longo consulibus, apud Mediolanium decem milia Gallorum caesa, sequenti autem proelio undecim milia Gallorum, Romanorum uero quinque 15 16 milia occisa sunt. Pu'blius Digitius praetor in Hispania cite-

AVCTORES § 12 Livius 33, (42—)44 § 18 Livius 33, 47 et 49 § 14 Livius 84, 1 et 8 § 15 Livius 34, 43.46.47 § 16 P. (immo Sextus) Digitius—exercitum Livius 35, 1

#### EXPILATORES 13 P. Scipione-16 occisa sunt execripsit Paulus 73

1 adque  $R^*D$  || boziorum  $D^*$  boiziorum  $D^2$ 3 lucio D lutio  $R \parallel \operatorname{marco} D \parallel \operatorname{portio} R \parallel \operatorname{conss} L \operatorname{consuls} R \parallel \operatorname{anthiocus} L \operatorname{anthy}$ ocus R 4 siriae  $D \parallel \overline{pr} \cdot L \parallel$  instruens D 5 transiuit RD6 ferebantur D<sup>2</sup>Z, s et in uno ex meis exempl. ed. 1738 h 7 affrica D frica  $R^a$  || anthiocum L anthiochum R 10 oppio|  $R^bT^a$  oppido  $R^{\bullet}GKMOE$  appio  $LDT^{\bullet}$  oppo  $H \parallel$  plebi] LR plebis Dmunciă (~ m. 2 ut uid. D) DA semuncia L semiunciam Rv || neue uersi colori  $D^*v$  neuersicolori (-ris  $L^*$ )  $L^*A$  ne diuersi coloris  $R^*$ neue diuersi coloris R<sup>b</sup>D<sup>2</sup> || uestimenti (\* m. 2 ut uid.) D || nec] ne 12 hiculo  $R^1 \parallel xx R$  13 public  $RD \parallel \tilde{t} \cdot L$  tito  $RD \otimes ;$ item Liuii codices (B utrobique, Mog. certe semel) et Cassiodorius; ti Afsh || semproneo  $D^1$  || long\*o (er. i) R || conss- L consul R14 apud\* (er. m?)  $R \parallel$  mediolanium]  $L\mathfrak{P}$  mediolanum  $RD \parallel \times R \parallel$ uerba gallorum caesa s. a. p. u, milia om. D 15 xx milia R ||  $\overline{\mathbf{u}}\cdot\mathbf{m}$ ilia L v milia R16 publius p L || digius D || spania  $D^1$  ispania  $D^2$  || ceteriore L

riore paene omnem amisit exercitum. M. Fuluius praetor Celtiberos cum proximis gentibus uicit regemque eorum cepit. Minucius a Liguribus in extremum periculi adductus et insi-17 diis hostium circumuentus uix Numidarum equitum industria iliberatus est. Scipio Africanus inter ceteros legatos ad An-18 tiochum missus, etiam cum Hannibale conloquium familiare habuit. sed infecto pacis negotio ab Antiocho discessit. in 19 utraque Hispania per Flaminium Fuluiumque praetores bella multum horrida cruentaque utrisque populis gesta sunt.

ochus quamuis Thermopylas occupasset, quarum munimine tutior propter dubios belli euentus fieret, tamen commisso bello a consule Glabrione superatus uix cum paucis fugit e proelio Ephesumque peruenit. is habuisse fertur armatorum Lx milia, 21 sex quibus xL milia caesa, capta plus quam v milia fuisse referuntur. alter consul Scipio cum Boiorum gente conflixit, in quo proelio xx milia hostium interfecit.

AVCTORES § 16 M. Fuluius sqq. Livius 34, 54 § 2; 35, 7 § 8 § 17 Livius 35, 3 et 11 § 18 Livius 35, 13 § 6; 14.17 § 2 § 19 Livius 34, 54; 35, 22 § 5-§ 8 § 20 et § 21 usque ad referentur Livius 36, 1.14—19.21 § 21 alter consul sqq. Livius 36, 38

EXPILATORES 3 Minucius — 5 liberatus est execripsit Paulus 73

1 pene  $R^b$  poenae D || marcus R || 2 caeltiberos  $R^a$  cheltiberus  $D^i$  || uincit  $R^a$  || caepit (a in ras.) R || 3 ligoribus  $D^i$  || adductus] adductus est D || 4 numidarum (nu in ras.) R numidiarum D || \*equitum R || 5 est om. L || affricanus D || legatus L || anthiocum L anthiochum R || 6 colloquium  $R^b$  || 7 interfecto L || anthioco L anthiocho R || 8 flaminium] LD flamminum (n in ni corr.) R; Flamininum h || fuluiumque (ul corr. ex lu) R || 9 multium—| (: 1 fort. m., ... et — 2) D || utriusque D || 10 publio RD || cornilius|cipione  $D^i$  cornilios—|cipione  $D^i$  ||  $\overline{m} \cdot (i.e.$  marco) L marco RD; item Livii codices et Cassiodorius; M h || conss. L consulte R || antiochus| LD anthiocus (c in ch corr.) R || 11 thermopilas D || munimine|  $R^bD$  munimen L munime  $R^a$  || 12 flerit  $R^a$  || 13 e al. m, in ras. R || 14  $\overline{LX} \cdot$  milia L sexsaginta milia D || 15 uerba ex quibus — quinque milia om. D ||  $\overline{XL} \cdot$  milia L is milia L uiginti milia D

22 Sequenti anno Scipio Africanus, habens in auxilio Eumenem Attali filium, aduersus Hannibalem, qui tunc Antiochi classi 2. 272 praeerat, bellum nauale gessit; Antiochus ui cto Hannibale atque in fugam acto simulque omni exercitu amisso pacem rogauit filiumque Africani, quem utrum explorantem an in 5 23 proelio cepisset incertum est, ultro remisit. in Hispania ulteriore L. Aemilius proconsule a Lusitanis cum universo exer-24 citu caesus interiit. L. Baebius in Hispaniam proficiscens, a Liguribus circumuentus cum universo exercitu occisus est; unde adeo ne nuntium quidem superfuisse constat, ut inter-10 25 necionem ipsam Romae Massilienses nuntiare curauerint. Fuluius consul de Graecia in Gallograeciam, quae nunc est Galatia, transuectus, ad Olympum montem peruenit, ad quem universi Gallograeci cum coniugibus et liberis confugerant, ibique acerbissimum bellum gessit; namque de superioribus locis sagittis 15 glandibus saxis ceterisque telis Romani grauiter contriti, tandem usque ad congressum hostium perruperunt: quadraginta

AVCTORBS § 22 Livius (36 extr. et 37, 1?) 37, 23.24.39—45.
34—37 (!) § 23 Livius 37, 46 (universo et interiit male Orosius).
§ 24 Livius 37, 57 (male universo Orosius) § 25 Livius 38, 12 sqq.
18.20—23; ubi haec Fuluius (immo Manlius) consul de Graecia et sagittis glandibus..ceterisque telis (Galli'saxis nec modicis utebantur', at'sagittis glande iaculis' Galli a Romanis configebantur: Livius 38, 21 § 6 et 7) oscitanter excerpta sunt; illa quae nunc est Galatia Orosius addidit (cf. Rufus Breviar. 11 et Hieronymus In ep. ad Gal. 2, ed. Vall. 7, 425)

EXPILATORES 8 L. Baebius-11 curauerint execripsit Paulus 74

1 afriganus  $D^1$  || eumenent (t del. m. 2) D eumenen R 2 anthiochi R 3 anthiochus R 5 affrigani (g in c 2) D || án (apex ut saepius in eiusmodi particulis) R 6 caepisset (a in ras.) R 7 lucius RD || emilius R aemelius D || proconsule a] proconsulae  $D^1$  proconsul a  $D^2$  8 caesus\*\* (eras. us) L || lucius RD || bebius RD 10 internitionem R 11 roma D || massiliensis L massiciliensis (missicilienses 2)  $D^1$  || nuntiare curauerint]  $R^2D$  (-ciare D) nuntiauerint L 12 grecia R gracca (-cia 2) D || gallogreciam RD || gallacia (prior 1 del. a m. 2) D 13 uniuersi (i altera in ras. m. ut uid. 2; fuit o aut u) L 14 gallogreci RD || aceruissimum  $LR^1$  15 namque] nam R 16 glandibus] AG grandibus (r in ras. m. 2; fuisse 1 uid.) L grandibus  $RD^2$  grandibusque  $RD^2$  16 contri\*\*|ti (in fine L ti eras.) L adtriti L 17 xL L

milia Gallograecorum eo proelio interfecta referuntur. Marcius 26 consul aduersus Ligures profectus superatusque IIII milia militum amisit et, nisi uictus celeriter refugisset in castra, eandem internecionis cladem, quam Baebius dudum ab isdem hostibus acceperat, pertulisset.

M. Claudio Marcello Q. Fabio Labeone consulibus Philippus 27
rex, qui legatos populi 'Romani interfecerat, propter Demetrii p. 274
filii sui, quem legatum miserat, uerecundissimas preces ueniam
meruit, eundemque continuo uelut Romanis amicum suique 28
soproditorem, fratre quoque ipsius ad parricidium patris ministro,
nihil de utroque miserum mali suspicantem ueneno necauit.
eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi Vrbe diu exulans 29
apud Amiternum oppidum morbo periit. isdem etiam diebus
Hannibal apud Prusiam Bithyniae regem, cum a Romanis
s reposceretur, ueneno se necauit, Philopoemenes, dux Achiuorum

AVOTORES § 26 Livius 39, 20, sed ultima et nisi — pertulisset perperam ab Orosio addita sunt § 27 Livius 39, 47 et 48; ad illa qui—interfecerat (quae falsa sunt) cf. Liu. 39, 34 et 35 § 28 Livius 40, 5—16.24 (illo continuo more suo ab Orosio male inserto, ex Livio 39, 48 § 1?) § 29 eodem—periit Livius 39, 52; 38, 52. 54.56; ad ingrata sibi urbe cf. Augustin. C. D. 3, 21 || isdem—necanit Livius 39, 51 et 52 § 8 || Philop. sqq. Livius 39, 49.50.52 § 8

EXPILATORES 1 Marcius — 3 amisit exscripsit Paulus 74 12 eodem—13 periit exscripsit Paulus 75

1  $\overline{\min}$  L || gallogrecorum RD || marcus D 2 IIII · milia L quattuor milia D 4 internitionis R internicione+ (eras. m a m. 1; alterius enim m. rasura nulla extat) D || bebius LRD || hisdem LRD 6 marco RD || cladio  $R^*$  || quinto RD ||  $\cos \overline{ns} \cdot L$   $\cos \overline{nl} \cdot L$  || caram. pallido; erasa e fort.) R || philyppus R 7  $\overline{pr} \cdot L$  || demetriae  $D^*$  8 praeces  $LR^*$  9 eudemque D 10 fratre  $D^*$  11 mali] LRD male fsh 12 afriganus  $D^*$  || exsulans  $R^*$  13 aput! (t in d corr., pone t hasta er.) R || amiternum]  $LRD^*$ ; Liternum corr. v || peruit D || hisdem LRD 14 prussiam D brysiam R || bythiniae R bithiniae D 15 posceretur  $L^*$  || se] LD sese Rv || necauit] cauit  $D^*$  || philopoemenes LR a amenissanis (sic -ly po.me-)  $D^*$  || fylopoemenes LR pylopomenes A filopemenes G (sic -menes ceteri quoque codices); Philopoemen corr. fsh

- 80 a Messanis captus occisusque est. in Sicilia tunc Vulcani insula, quae ante non fuerat, repente mari edita cum miraculo 31 omnium usque ad nunc manet. Q. Fuluius Flaccus praetor in citeriore Hispania maximo proelio xxIII milia hominum fudit, 32 IIII milia cepit. Ti. Sempronius Gracchus in Hispania ulteriore centum quinque oppida uacuata quassataque bellis ad dediti-33 onem coegit. eadem aestate etiam L. Postumius in citeriore Hispania quadraginta milia hostium bello interfecit. Gracchus p. 275 praetor ibidem iterum ducenta oppida expugnauit et lepit.
  - 34 Lepido et Mucio consulibus Basternarum gens ferocissima 10 auctore Perseo Philippi filio praedarum spe sollicitata et transeundi Histri fluminis facultate sine ulla pugna uel aliquo hoste deleta est. nam tunc forte Danuuius, qui et Hister, crassa glacie superstratus pedestrem facile transitum patiebatur.

AVCTORES § 30 Livius 39, 56 § 6 (cf. Iul. Obs. 4 [59]), sed Vulcani..cum—manet addidit Orosius § 31 Livius 40, 30.31, inprimis 32 § 32 et § 33 usque ad interfecit Livius 40, 47—50, inprimis 49 et 50 § 33 Gracchus sqq. Livius 41 principio deperdito § 34 et § 35 Livius 41 cap. 18 parte deperdita, cap. 19 § 4 et 5 et cap. 19 parte deperd. (cf. 40, 57)

## EXPILATORES 1 tunc-2 edita exscripsit Paulus 75

1 messanis] LRA5 mesenis G Messeniis h || in sicilia om. 1 sed add. in fine uersus m. 2 L; cum praecedentibus coniuncta sunt ab  $R^{1}G$ , epitome codicis D, edd. ante Lautium; cf. in Sicilia insula noua maritima apud Obseq. || uulcani (c in ras. m. 1 aut 2) R; 'Ηφαίστου νήσος Ptol. 3, 4; uulcania interpolauit T 3 quintus RD 4 ceteriore  $LR^{1}D^{1}$ ispania  $R^i \parallel \overline{\mathbf{xxm}} \cdot \mathbf{milia} \ L \ \mathbf{xxm}$  milia uiginti tria milia  $D \parallel \mathbf{fu}$ dit immo occidit  $5 \text{ }\overline{\text{III}}$ - milia L quattuor milia  $D \parallel$  caepit (a in ras. m. 2)  $R \parallel$  tiberius  $LRD \parallel$  semproneus  $D^1$  simpronius  $D^2 \parallel$  gracchus om. L || hispania (h statim ex f) D || ulteriore] immo citeriore 6 c·v· R || uacuata] uastata  $D^2$  || ad om.  $R^1$  7 lucius RD || postumus  $R^2$  || citeriore]  $R^2$  ceteriore  $LD^1$  teriore  $R^1$  cetiriore  $D^2$ ; 8 quadragenta milia D xL milia R  $\overline{\text{CCC}}$  milia immo ulteriore 9 oc *R* || c∗epit *R* L; xxxv milia Liuius 40, 50 § 6  $L \parallel \text{mutio } R \text{ muci } D^1 \parallel \text{conss. } L \text{ consul } R$  11 sollicitato  $R^*D$ 12 histri] LRD | ulla aliqua L 13 fortae (a er.) R | danuuius  $LR^1$  (i. s. s. m. 1 in R) danubius  $R^2D$  || histor] LRD

itaque cum inprouide toto et maximo simul agmine inaesti- 35 mabilis hominum uel equorum multitudo transiret, enormitate ponderis et concussione gradientum concrepans gelu et glacialis crusta dissiluit universumque agmen, quod diu sustinuerat, mediis gurgitibus uicta tandem et conminuta destituit atque eadem rursus fragmentis inpedientibus superducta summersit. pauei ex omni populo per utramque ripam uix concisis uisceribus euaserunt.

P. Licinio Crasso C. Cassio Longino consulibus Macedonicum 36
10 bellum gestum est, merito inter maxima bella referendum.
nam in auxilio Romanorum tota primum Italia, deinde Ptolomaeus rex Aegypti et Ariarathes Cappadociae, Eumenes Asiae,
Masinissa Numidiae fuerunt. Perseum et Macedonas secuti
sunt Thraces cum rege Cotye et uniuersi cum rege Gentio
15 Illyrii. itaque aduenienti Crasso consuli Perseus occurrit, com-37
missoque proelio miserabiliter uicti fugere Romani. sequenti
pugna paene pari clade partis utriusque in hiberna discessum
est. deinde Perseus profligato multis proeliis exercitu Romano 38
in Illyricum transgressus Sulcamum oppidum defensum a prae-

AVCTORES § 36 usque ad referendum Liuius 42, 29 || nam in auxilio sqq. Eutrop. 4, 6 | § 37 usque ad Romani Liuius 42, 58 – 60 || sequenti sqq. Liuius 42, 65 – 67 | § 38 Liuius 43, 18 et 19 princ. (illa partim occidit et sub corona temere addita sunt ab Orosio)

1 inprobi detoto  $R^i$  || maxime L || inaestimabilis (bi s. s. et 1 corr., ex b ut uid.) R 2 \*equorum R || inormitate  $R^aD$  3 concur\*sione (er. s?) R || gradientium RD || concrepans (ex u corr.) L || et om. D 4 disiluit R || sustinuera|  $D^i$  5 uictandem  $D^i$  || comminuta  $RD^i$  (cumm- $D^i$ ) 6 adque  $R^a$  || inpedientibus RD || submersit R 9 public RD || et post crasso insertum v ||  $\overline{g} \cdot L$  gaio RD || conss. L || machedonicum  $R^i$  macidomcum (ce 2) D 11 nam] non D || ptolomaeus| D ptholomeus LR 12 aegipti D || aristates LRD 13 et post asiae add. v || masinissa| L massanissa RD || numediae  $D^i$  || machedonas  $R^i$  14 trhaces R || cotyn R || gentiù  $D^i$  15 yllyrii R illirii D || aduementi D 17 paene] plane  $R^i$  || partes L || in om. L || decessum  $R^a$  19 sulcamum]  $LRD_i$ ; debuit Vscana (Liu. 43, 18 \$ 5, "Tourva Polyb. 28, 11) aut Vscanam (Liu. 43, 19 \$ 1); sulc- dittographia natum uid. || presidiis R

- p. 276 sidiis Romanis pu'gnando cepit: ubi magnam Romanorum praesidiorum multitudinem partim occidit partim sub corona uendidit partim secum in Macedoniam duxit.
  - 39 Postea cum eo L. Aemilius Paulus consul dimicauit et uicit:
    nam xx milia peditum in eo bello interfecit; rex cum equitatu s
    subterfugit, sed continuo captus atque in triumpho cum filiis
    ante currum actus est et post apud Albam in custodia defecit.
  - 40 filius eius iunior fabricam aerariam ob tolerandam inopiam Romae didicit ibique consumptus est. plurima praeterea et satis diuersis prouentibus bella multarum ubique gentium 10 gesta sunt, quae breuitatis causa praetermisi.
- Albino consulibus cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus inuasisset et ex omnibus non esset, qui ire in Hispaniam uel miles uel legatus auderet, P. Scipio, qui postea Africanus 15
  p. 277 erit, ultro sese militaturum in Hispaniam obtulit, cum tamen 2 in Macedoniam sor te iam deputatus esset. itaque profectus

AVCTORES § 39 usque ad subterfugit Eutrop. 4, 6 (Lucius) et 4, 7 || captus—actus est Liuius 45, 6.40 § 6 et parte deperd. (cf. 45 39) et Eutrop. 4, 8 || § 39 et post—§ 40 consumptus est Liuius 46 aut 47 (cf. 45, 42 § 4 et Ammianus Marc. 14, 11 § 31 artem ferrariam (sic) ob quaerendum docuit uictum) || § 40 plurima sqq. cf. Periocha 47 p. 49, 4 Iahn cap. 21 § 1—§ 3 Liuius 48 (cf. Per.); de numerus est Liuianus

EXPILATORES 4 cum eo-uicit, 5 rex-9 consumptus est compilaust comm. Bern. Lucani 3, 158 12 Anno-p. 269, 5 cuasit execripsit Paulus 79

1 caepit (a in ras.) R

3 tecum R || machedoniam R' macidoniam D'

4 lucius RD || aemilius (prior i in ras. m. 1, ex e ut uid.) D

5 milia L uiginti milia D || requitatu R

6 supterfugit L || continuo (u in ras. m. 1) D || adque R\*

7 et post—defecit om. D

9 romae (a in ras.) R || dedicit R\* || consumtus D

11 causa] studio D

12 sescentensimo L sescentessimo (sex-2)

D || lucio RD || et post Lucullo add. v || aulo RD

13 altino R\$ || cons. L cons. R

14 ex omnibus non esset om. D || ispaniam M hispania B

15 publius RD || afriganus D'

16 erit] L (m. ut uid. 2), DAGKM\$ erat L'CTO est dictus R\*v, om. R\*H || sese|

LAM sese esse R so DGB || milita aurum (au in tu corr. 2) D || hispania D\* || optulit D

17 machedoniam R\* || sortem D

in Hispaniam magnas strages gentium dedit, saepius etiam militis quam ducis usus officio; nam et barbarum prouocantem singulariter congressus occidit. Sergius autem Galba praetor 8 a Lusitanis magno proelio uictus est uniuersoque exercitu samisso ipse cum paucis uix elapsus euasit. eodem tempore 4 censores theatrum lapideum in Vrbe construi censuerunt. quod ne tunc fieret, Scipio Nasica grauissima oratione obstitit dicens, inimicissimum hoc fore bellatori populo ad nutriendam desidiam lasciuiamque commentum, adeoque mouit senatum, ut 10 non solum uendi omnia theatro conparata iusserit, sed etiam subsellia ludis poni prohibuerit.

Quamobrem intellegant nostri — quibus quidquid extra 5 oblectamentum libidinis occurrit offensio est — propter hoc, quod se infirmiores esse hostibus suis ipsi sentiunt et fatentur, 15 theatra incusanda non tempora, nec blasphemandum Deum 6 uerum, qui usque ad nunc ea prohibet, sed abominandos deos uel daemones suos, qui ista petierunt, profundo quidem satis malignitatis suae argumento tale sacrificium flagitantes, quoniam non imagis fuso cruore pecudum quam profligata uirtute p. 278 hominum pascerentur. nam utique tunc nec hostes nec fames 7 nec morbi nec prodigia deerant, immo tunc plurima erant; sed theatra non erant, in quibus — quod incredibile dictu est — ad aram luxuriae uirtutum uictimae trucidantur. Cartha-8

AVCTORES § 4 Livius 48 (cf. Per.) et Augustinus C. D. 1, 31-33 § 5-§ 9 Orosius adhibito Augustino l. l.; cf. ipsum 1, 6 § 4 et ad § 8:4, 6 § 3

2 usus om. L 3 sergius]  $LRD\mathfrak{B}$ ; Seruius Fabricius sh 4 proelo  $D^1$  5 lapsus D 6 lapidum  $R^a$  7  $\overline{h}$  feret  $\overline{h}$  tunc (corr. m. 2; supra e priorem et u quas m. 1 posuerat lineas = et -, erasae sunt) L || nasica] nasi  $D^1$  8 hoc om. D || nutriendum desidiae  $D^2$  9 lasciniamque] L lasciniaque  $D^1$  lasciniaeque  $D^2Rv$  || monuit R 10 comparata  $R^bD$  12 quicquid  $R^bD$  13 occurrerit D 14 sentiant D || fateantur D 16 abhominandos (h er.) R || deos om. D 17 suo D 18 quoniam] L A (q $\overline{h}$ ) C (q $\overline{h}$ ) G (Qu $\overline{o}$ ) KMH quo (er. t? D) RD quo v 20 hostis L || famis LD 21 immo tunc plurima erant om. D 22 dictum  $LR^bD$  23 luxoriae  $R^a$  || tricidantur  $D^a$  trucidarentur  $D^a$  || karth-  $R^a$ 

giniensibus aliquando uisum est homines immolare, sed male praesumpta persuasio breui praetermissa est; a Romanis uero 9 exactum est, ut semet ipsos perditioni impenderent. factum est, fit, amatur et clamatur ut fiat: qui pro mactanda gregis sui pecude fortasse offenderentur, pro interficienda cordis sui suirtute laetantur. quin potius Nasicae erubescant, qui Christianis exprobrandum putant et non nobis de hostibus, quos semper habuerunt, sed illi de theatro, quod haberi prohibuerat, conquerantur.

- Tagum flumen habitantes cum uoluntarios in deditionem recepisset, per scelus interfecit; simulans enim de commodis eorum se acturum fore, circumpositis militibus cunctos inermes incautosque prostrauit. quae res postea uniuersae Hispaniae propter Romanorum perfidiam causa maximi tumultus fuit. 15
  - <sup>279</sup> Anno ab Vrbe condita dell L. Censorino et M. Manilio consulibus tertium Punicum bellum exortum est. igitur cum senatus delendam Carthaginem censuisset, profecti in Africam consules et Scipio tunc tribunus militum prope Vticam ma-

AVCTORES § 10 Liuius 48 (cf. Per. 49) §  $1 - \S 3$  Liuius 49 (ad § 1 cf. Per. et Eutrop. 4, 10); § 1 den numerus est Liuianus

EXPILATORES 19 tunc tribunus militum Orosianis aliis alio loco inseruit Paulus 80, 19

1 sed male om. D 2 a] ad D¹ 3 semet] in semet L || inpenderent LR 4 est fit amatur] ē \*\*\*\*amator (amsetur al. m.)

· ficiat (del. al. m.) fatentur (n del. al. m.) R || mactando D || greges

R¹ 7 uobis D¹ nobus (sic) D² 8 prohib\*erat (er. uix u; e statim
ex r) D¹ prohibitum D² 9 conquaerantur L 10 sergius]

LRD; Servius Fabr. sh || praetor] pr. (quo alibi usus est etiam pro
populo romano) L || scitra D 11 habetatis (-os 2) D 12 similans R² 13 a circumposetis (-itis 2) D || ermis D¹ 14 postrauit D 15 propterea L 16 pc mo secundo L sescentisemo
secundo (s secunda in x, m sec. in n corr. m. 2) D dll R² || lucio

D latio R || censurino D || marco RD || conss· L 18 karth- R

19 mil· L

ioris Africani castra tenuerunt. ibi Carthaginiensibus euocatis 2 iussisque ut arma et naues traderent nec moratis, tanta uis armorum repente tradita est, ut facile tota ex his Africa potuisset armari. sed Carthaginienses postquam arma tradiderunt 3 set relicta urbe recedere procul a mari decem milibus passuum iussi sunt, dolorem ad desperationem contulerunt aut defensuri ciuitatem aut cum ipsa per ipsam sepeliendi, ducesque sibi duos Hasdrubales creauerunt. arma primum facere adgressi 4 aeris ferrique inopiam auri argentique metallis suppleuerunt. 10 consules oppugnare Carthaginem statuunt, cuins situs fuisse huiusmodi dicitur: uiginti duo milia passuum muro amplexa, 5 tota paene mari cingebatur absque faucibus, quae tribus p. 280 milibus passuum aperiebantur, is locus murum triginta pedes latum habuit saxo quadrato in altitudinem cubitorum quadrasginta. arx, cui Byrsae nomen erat, paulo amplius quam duo 6 milia passuum tenebat. ex una parte murus communis erat urbis et Byrsae imminens mari, quod mare Stagnum uocant,

AVCTORES § 4-§ 6 Livius 49, sed § 4 etiam Florus 2, 15 § 10; ad § 5 cf. Periocha 51 princ., ad § 6 obiectu Vergil. Aen. 1, 160

EXPILATORES 1 Carthag.—8 creauerunt compilauit Paulus 80 8 arma—9 suppleuerunt expressit Paulus 80, 16 sq. 10 cuius situs—17 mari compilauit Seuerus Chron. p. 453 [qui 11 XXII] 10 cuius—p. 272, 1 tranquillatur compilauit Paulus 82

1 africani (pr. i ex a m. 2, i fin. in ras. ex  $\overset{\circ}{a}$  m. 2) D  $\overset{\circ}{}$  || carthaginiensebus (-inensibus 2) D karth- R 2 iussique Ra | morata  $L^1$  3 tota africa facile ex his R facile ex his (ea H) tota africa KMH ex ea tota africa P 4 carthaginiensis (-inenses 2) D karth- $\boldsymbol{R}$ 5 cedere L7 perupsam D || sepelliendi  $LR^*$  sipiliendi 8 hasdrubalis (i statim in e m. 1)  $D^1$  hastrubales  $D^2$  | ag- $D^{1}$ gressi R<sup>b</sup> 9 metalis R<sup>a</sup> || suppleueruni D<sup>1</sup> 10 karth- R | cuius situs fuisse huiusmodi] cuius modi D xxir milia R, item B; uigintia milia v 12 pene  $R^b$  13 his  $D \parallel \text{treginta } D \times X \times R$ 14 altitudine LHB || xL R 16 erat | (H) v est LRD5 om.  $X_2$ 17 inminens  $R \parallel \text{uocant} \mid LRD \text{uocabant } v$ 

- 7 quoniam obiectu protentae linguae tranquillatur. consules igitur quamuis aliquantam muri partem quassatam machinis diruissent, tamen a Carthaginiensibus uicti ac repulsi sunt: quos fugientes Scipio repulso intra muros hoste defendit. Censorinus in Vrbem rediit. Manlius omissa Carthagine ad 5 8 Hasdrubalem arma conuertit. Scipio Masinissa mortuo inter Masinissae filios tres Numidiae regnum diuisit. quo circa Carthaginem reuerso Manlius Tezagam urbem expugnauit atque diripuit; duodecim milia ibi Afrorum caesa, sex milia capta sunt. Hasdrubal Poenorum imperator, Masinissae nepos, sub- 10 selliorum fragmentis in curia a suis propter suspicionem pro- 9 ditionis occisus est. Iuuentius praetor in Macedonia aduersus Pseudophilippum congressus, cum maxima clade totius Romani exercitus interfectus est.
  - 23 Anno ab Vrbe condita DCVI id est anno quinquagensimo 15 post bellum Punicum secundum Cn. Cornelio Lentulo L. Mum-

AVCTORES § 7 Livius 49 (cf. Periocha) § 8 Livius 50 (cf. Per. et Eutrop. 4, 11) § 9 Livius 50 (cf. Per. et Eutrop. 4, 13); illud totius haud dubie Orosianum est cap. 23 § 1 DCVI numerus male computatus videtur esse ex quarto (\$7\$) et a. DCII (23 \$ 1) || anno—secundum ex Eutropio 4, 10 ut vid. qui tamen Li habet; nec sibi ipsi constat compilator (cf. 4, 20 DXXXXVI) || Cn. Cornelio—§ 4 consumpti sunt Livius 51 (ad § 1 et § 4 cf. Periocha)

EXPILATORES 1 consules—4 defendit exscripsit Paulus 80, 17-20

1 obiectu (o in ras. al. m.) R obiecto D || tranquillatur] L item A (et KMH ut uid.) h strangulatur RD item GV, (p. ras.) TONA stranguilatur V<sub>3</sub> (a. ras.) 8 || consolae figitur (f in s radendo corr., inter ae et f m. 2-) D 3 karth-R 4 repulso (r in s ut uid. mut., m. 2) D || derendit  $D^i$  || censurinus D 5 manlius | LRD || Manilius || fsh || karth-R6 hasdrubabem Da || massinissa R 7 massinissae R (lin. 10 masinissae idem) ' 8 karth- R || manlius | LRD | Manilius fsh || tizicam  $D \parallel$  atque diripuit om.  $D \parallel$  adque  $LR^a$  9 duodecem  $D^i \times R \parallel$ ibi add. s. u. m. 2 in L || sex milia vi milia R sex LD tor  $\overline{pr} \cdot L$  || machedonia  $R^{i}$ 13 romam D 15 sescentensimo (-tisemo D) sexto LD pchi (sic) R item N || quinquagensimo] LRquinquaginsemo  $D^1$  quinquagesimo  $R^bD^2$  $16 \overline{gn} \cdot L$  gneo  $RD \parallel$ cornilio lentu locucio mumio  $D \parallel$  lucio R

mio consulibus P. Scipio, superioris anni consul, delere Carthaginem suprema sorte molitus Gothonem ingreditur. ubi dum 2 sex continuis diebus noctibusque pugnatur, ultima Carthaginienses desperatio ad deditionem traxit petentes, ut quos s belli clades reliquos fecit, saltem seruire liceat. primum agmen 3 mulierum satis miserabile, post uirorum magis deforme descendit. nam fuisse mulierum xxv milia, uirorum xxx milia memoriae traditum est. rex Hasdrubal se ultro dedit. 4 transfugae qui Aesculapii templum occupauerant, noluntario 10 praecipitio dati igne consumpti sunt. uxor Hasdrubalis se duosque filios secum uirili dolore et furore femineo in medium iecit incendium, eundem nunc mortis exitum faciens nonissima regina Carthaginis, quem quondam prima fecisset. ipsa autem ciuitas 5 decem et septem continuis diebus arsit miserumque specta-15 culum de luarietate condicionis humanae uictoribus suis prae-p. 282 buit. diruta est autem Carthago omni murali lapide in puluerem 6

AVCTORES § 4 uxor Hasdrubalis—§ 5 arait Florus 3, 15 § 17 et 18 (cf. Per. 51) § 6 et § 7 Liuius 51 et Eutropius 4, 12 (ad § 7 cf. Flor. 2, 15 § 1 et ad illud quarto etiam Perioch. 49 princ.); § 6 pcc cf. 7, 2 § 9 et 5, 1 § 5

EXPILATORES 1 Scipio . . 14 XVII . . diebus arsit . . 16 Carthago—
17 erat compilauit Seuerus Chron. p. 453, qui male 17 DCCXXXVII, ubi
uoluit fort. DCLXXVII (LXXII Oros. 4, 6 et DCVI 4, 23) 2 dum—12 incendium (om. 6 magis deforme, 8 memoriae, 11 uirili dol. et) et 13 ipsa—
p. 274, 4 terminatum est (om. 15 de—humanae et p. 274, 1 septing.—
erat) insertis Orosianis aliis Eutropianisque exscripsit Paulus 81 et 82

1 conss. L consolebus (-libus 2)  $D^1$  || publius RD || karth- R2 sort-e-molitus (e ex a in ras.) R 3 continuis sex D || noctibus-5 reliquias  $D^{i}$  || saltim  $B^{i}D$ que] noctibus  $L \parallel \text{karth-} R$ 6 mirabile Ra || post uirorum | LRDB uirorum post fsh 7 TTumilis L uiginti quinque milis  $D \parallel \cdot xxx \cdot \overline{\text{mil}} \cdot L$  triginta milis D8 memoria R<sup>1</sup> || dedidit DA\*8 9 esculapi R || uoluntario (u alt. 10 dati] dadi  $D^1$  cladi  $D^2$  || igneque  $D^2$  || in ras. al. m.) R 11 uirili] uiri  $D \parallel$  femenio  $D^1$ hastrubalis  $D^2$ 13 karth- R || 14 sedecim B || miserumq · (q · om. m. 1 s. s. m. 2) L condam  $D^1$ 16 est autem] autem R1 autem est R2 || karth-15 conditionis R R || murabili X || lapide in] lapidem D'

conminuto septingentensimo post anno quam condita erat. 7 multitudo omnis captiuorum exceptis paucis principibus uenundata est. ita quarto quam coeptum fuit anno bellum Punicum tertium terminatum est.

Sed mihi quamlibet studiose quaerenti uerumtamen homini s tardioris ingenii nusquam omnino causa tertii belli Punici, quam in tantum Carthago accenderit, ut iuste euerti decerneretur, eluxit, illudque me uel maxime mouet, quod, si ita ut in superioribus bellis euidens in adsurgentem causa et dolor 9 accendebat, consultatione non opus erat. at uero, cum alii 10 Romanorum propter perpetuam Romae securitatem delendam esse decernerent, alii uero propter perpetuam Romanae uirtutis curam, quam sibi semper ex suspicione aemulae urbis inpenderent, ne uigor Romanus bellis semper exercitus in languidam segnitiem securitate atque otio solueretur, incolumem Car-15 thaginem statui suo permittendam esse censerent: causam non ex iniuria lacessentum Carthaginiensium sed ex inconstantia 10 torpescentium Romanorum ortam inuenio. quod cum ita sit, cur Christianis temporibus imputant hebetationem ac robiginem suam, qua foris crassi, intus exesi sunt? qui porro ante ses-20

AVCTORES § 8-§ 11 Orosius adhibitis ad § 9 Augustino C. D. 2, 18 et 3, 21 ac fort. Liuio (cf. Periocha 49), illisque § 10 Christianis temporibus imputant repetitis ex Augustino C. D. 1, 33

1 comminuto (-ta D') RD' || septinegentesimo (er. q) D dco R || post, anno quam (i. e. anno post quam, corr. m. 2) D 2 paucis (c  $ex \ s \ m. \ 1) \ R \ || \ uenundata] \ LRD$ 3 coeptum] LDB ceptum (e radendo in e) R inceptum v 6 belli Punici tertii v 7 karthago  $R \parallel \text{ut} \parallel \text{tuci } D^{\iota}$ 8 illudque \* uel (eras. 1 et tertiae u lin: prior in ras. m. 1) D 9 ut in ] ut  $D^1$  ut a  $D^2$  || assurgentem (s pr. in 10 accedebat D1 | at add. m. 2 ante u. in L ad RD 13 quam] LD q; al. m. in que mut. R quae v || suspitione R || impenderent D, Grubitz inpenderet LDv 14 semper om. L || exer-15 ucio (ocio 2) D' || incolumen D || karth-R citatus R'D' 16 statui (i er.) R 17 iniuria (iniu in ras. m. 1) D | lacessentum] LD lacessentium  $Rv \parallel karth-R$  carthaginiencium  $D \parallel ex$  om. R18 sit om. D 19 cum D || inputant RD || hebitationem Ra habetacionem (heb- 2)  $D^1$  || rubiginem  $D^2R$  20 exesi  $R^2$  || sexcentos  $D^2 \cdot \partial c \cdot R$ 

centos fere annos, sicut sui 'prudentes timentesque praedixerant, p. 283 cotem illam magnam splendoris et acuminis sui Carthaginem perdiderunt.

Itaque finem uolumini faciam, ne forsitan conlidendo uehe-11 mentius discussa ad tempus robigine ubi necessarium acumen elicere non possum, superuacuam asperitatem inueniam. quamquam obuiantem asperitatem nequaquam expauescerem, si interioris spem acuminis inuenirem.

1 fere om. L 2 karth- R 4 collidendo R<sup>b</sup> 5 robigine]

D<sup>1</sup> rubigine LD<sup>1</sup>R 6 quanquam R<sup>b</sup>D quaquam R<sup>a</sup> 7 obuiante

D<sup>2</sup> 8 inuenirem] sub hoc u. a correctore adnotatum est: contuli

(litteris prope cursiuis, L

 $\emptyset$  | pauli | orosii · lib · | IIII · explic · | inc · lib · v + | lege in  $\overline{xp_0}$  |  $\emptyset$  | iste quaternio quinq. folia habet L fol. 101 (in quo post two folium deest folium unum, cf. p. 278, 2)

explicit liber quartus. Incipit pauli horosi aduersu paganos histo riarum. liber (numerus deest; uersus pars reliqua ornamento expleta est) litteris uncialibus rubris R

Explicit liber quartus (nigr.) | incipit orosii histori (rubr.) | arum liber quintus (nigr.) litteris maiusculis D

p. 284

# PAVLI OROSII HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS

### LIBER QVINTVS.

l Scio aliquantos post haec deinceps permoueri posse, quod uictoriae Romanae multarum gentium et ciuitatum strage crebrescunt. quamquam, si diligenter appendant, plus damni inuenient accidisse quam commodi. neque enim parui pendenda sunt tot bella seruilia, socialia, ciuilia, fugitiuorum, nullorum s 2 utique fructuum et magnarum tamen miseriarum. sed coniueo, ut quemadmodum uolunt ita fuisse uideatur; unde arbitror esse dicturos: ecquid his temporibus beatius, quibus continui triumphi, celebres uictoriae, diuites praedae, nobiles pompae, somagni ante currum reges et longo ordine uictae gen'tes age- 10 3 bantur? quibus breuiter respondebitur et ipsos de temporibus solere causari et nos pro isdem temporibus instituisse sermonem, quae tempora non uni tantum urbi adtributa sed Orbi uniuerso constat esse communia. ecce quam feliciter Roma

#### AVCTORES § 1 bella—ciuilia cf. Augustinus C. D. 3, 23

3 creuerunt  $X_2$  || quanquam  $D\Pi$  || si] et 2 rome aut rome R1 si  $\Pi$  || appendant|  $DAVTOX_2$  ed. 1542 in contextu adpendant  $K^1M$ attendant (tt al. m. in ras., fuisse potest pp R) RII ed. 1542 in mg., fs adtendant  $GK^2h$  || dampni  $R^a$  | 4 inveniant T || accidisse (c pr. ex d?) R | 5 socialia] scio alia D | 6 coniueo]  $T^a$  (u ex b?) conhibeo RIIDAG5 chonibeo X2 cohibeo M1; cf. 4 pr. \$ 6 7 uolunt ital uoluntati  $D^2$  || uediatur (corr. m. 2) D || arbitrer  $D^2$ 8 dicturos  $R^2D^2$  dicturus  $R^1D^1$  || et quid  $RDAG_5$ 9 celebres (e pr. in ras. al. m.) R caelebres (-is  $D^1$ )  $D^2\Pi$  10 currus  $G^3$  12 isdem] 13 non in tantum (uni supra in scr. m. 2) R || attri-G hisdem RDbuta RbII 14 constat (at ex ant) X2

uincit tam infelieiter quidquid extra Romam est uincitur. quanti igitur pendenda est gutta haec laboriosae felicitatis, 4 cui adscribitur unius urbis beatitudo in tanta mole infelicitatis, per quam agitur totius Orbis euersio? aut si ideo felicia sputantur, quia unius ciuitatis opes auctae sunt, cur non potius infelicissima iudicentur, quibus miserabili uastatione multarum ac bene institutarum gentium potentissima regna ceciderunt? an forte aliud tunc Carthagini uidebatur, cum post annos 5 centum uiginti, quibus modo bellorum clades modo pacis condi-10 ciones perhorrescens, nunc rebelli intentione nunc supplici, bellis pacem, pace bella mutabat, nouissime miseris ciuibus passim se in ignem ultima desperatione iacientibus unus rogus tota ciuitas fuit? cui etiam nunc, situ paruae, moenibus destitutae, pars miseriarum est audire quid fuerit. edat Hispania sententiam 6 15 suam: cum per annos ducentos ubique agros suos sanguine suo rigabat inportunumque hostem ultro ostiatim inquietantem nec repellere poterat nec sustinere, cum se suis diuersis urbibus ac locis, fracti caede bellorum, obsidionum fame exinaniti, interfectis coniugibus ac liberis suis ob remedia miseriarum concursu misero ac mutua caede iugulabant, — quid tunc de

#### AVCTORES § 6 annos ducentos cf. 6, 21 § 1 et 7, 41 § 2

1 ui încit (linea er. m. 2) D || quicquid  $RD^{*}$  7 ceciderunt (e e) R 8 an] an ac V || karthago (o in ini m. 2) R kartagini II cartagini GV || uidebatur | debibatur (e s. s. m. 2) D || cum | quum 9 centum uiginti] DAX, CXX RIIG || condicionis A ut plerumque (corr. m. 2; punctum q. e. sub i [sic] statim deletum est) D conditiones R 10 supplici]  $D^1AGVX_1$  supplicii  $R^1$  suppliciis  $R^2D^1\Pi h$ supplicis D2 || bellis] DAGVX, KMFNTO et ut uid. Ra belli (belli. R)  $R\Pi$  bello h 11 pacem om.  $R\Pi$  || pace bella mutabat]  $R\Pi AX_2KMNTO$  (motabat O) pace bellum mutabant D bella pace mutabat G p. m. b. h || nouissime (e in e) R 12 desperacionem (.. m. 2) D || iscentibus D 14 quae  $GX_2$  || edat] Etdat D15 suš (" fort. ex corr. add.) D || ducentos] D oc RG || vbiq in ras. m. 1 G 16 rigabant D || osciatim  $D^1$  hostiatim  $R^b \Pi A X$ , 17 poterant D 18 ac om. A || fracti] DAv (locis fracti, v) fractis RIIGVX, cf. 4, 9 § 1 || obeidiorum D; cf. obsidionis fame 6, 21 § 5 20 qui R.

7 suis temporibus sen'tiebat? ipsa postremo dicat Italia: cur per annos quadringentos Romanis utique suis contradixit obstitit repugnauit, si corum felicitas sua infelicitas non erat Romanosque fieri rerum dominos bonis communibus non obstabat? 8 non requiro de innumeris diuersarum gentium populis diu s ante liberis, tunc bello uictis, patria abductis, pretio uenditis, seruitute dispersis, quid tunc sibi maluerint, quid de Romanis 9 opinati sint, quid de temporibus iudicarint. omitto de regibus magnarum opum, magnarum uirium, magnae gloriae, diu potentissimis, aliquando captis, seruiliter catenatis, sub iugum 10 missis, ante currum actis, in carcere trucidatis: quorum tam stultum est exquirere sententiam, quam durum non dolere 10 miseriam. nos, nos inquam ipsos uitaeque nostrae electionem, cui adquieuimus, consulamus. maiores nostri bella gesserunt, bellis fatigati pacem petentes tributa obtulerunt: tributum 15 11 pretium pacis est. nos tributa dependimus, ne bella patiamur, ac per hoc in portu, ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempestatibus confugerunt, nos consistimus et manemus. igitur nostra tempora uiderim utrum felicia; certe feliciora illis ducimus, qui quod illi ultime delegerunt nos 20

dentemque et grauem, apud Bethleem oppidum Palaestinae beatissimo Hieronymo presbytero referentem audiui, se familiarissimum Athaulfo apud Narbonam fuisse ac de eo saepe sub p. 585 testificatione 'didicisse, quod ille, cum esset animo uiribus 5 ingenioque nimius, referre solitus esset: | se inprimis ardenter 5 inhiasse, ut oblitterato Romano nomine Romanum omne solum Gothorum imperium et faceret et uocaret essetque, ut uulgariter loquar. Gothia quod Romania fuisset et fieret nunc 6 Athaulfus quod quondam Caesar Augustus, at ubi multa experientia probauisset neque Gothos ullo modo parere legibus 10 posse propter effrenatam barbariem neque reipublicae interdici leges oportere, sine quibus respublica non est respublica, elegisse saltim, ut gloriam sibi de restituendo in integrum augendoque Romano nomine Gothorum uiribus quaereret habereturque apud posteros Romanae restitutionis auctor, post-15 7 quam esse non potuerat immutator. ob hoc abstinere a bello, ob hoc inhiare paci nitebatur, praecipue Placidiae uxoris suae,

EXPILATORES 17 inhiare — p. 561, 9 confirmaret epitomauit Paulus 313, 20—27

1 et-grauim (er. a) D || bethleem]  $PN_1X_2W(NO)v$  bethle-em (er. h ut uid.) R bethlehem  $G^3$  bethele en D betheleem H beth ${}_{*}$ le (eras. e) V bethlem T bethel  $G^1KM$  || palestinae PRD2 h\*ieronymo R hieronimo D || praesbytero D prbo P prbto R || referentem (f m. 2 corr. ex s uel p uel r) P 8 athaulfo] GN<sub>1</sub>X<sub>2</sub> atahulfo PR adthaulfo (h s. s. m. 1, f statim ex s) D atheulfo (f s. s. m. 1) W 4 dedicisse D || ille om. R solus || esse D 5 imprimis R6 oblitterato (tt in ras., illa m. 1, haec m. 2) P obliterato (er. t) R 7 faceret] fecerit D || et om. D || esseque D || oblitorato D 8 et fieret | scripsi fieret Et D fieret PRG's uulgaliter PRVN, (; Fieret R) fleretque G3MaN, Tfsh 9 athaulfus] GVN, X2 atahulfus P ataulfus (sic) R athaufos D athoulfus W || quod] et quod  $O \parallel at$  ad  $P^1R^1$  10 probabisset  $PR^1$ 11 effrenata (t statim in ras. scr.) D 12 respublică R2 13 elegisse (se in ras. m. 2) P elegisset N legisse (s. s. glossa pro elegisse m. 3) G | se post elegisse add. v || saltem Rb h salutem edd. Col. fs 15 actor D 16 potuerater\* (nulla littera ut vid. erasa; spatium est 2 vel 3 litt.) 17 Praecipue P Praecipue a. ras. R (sic P maiore; inde factum ut in N, ea littera omitteretur mox rubricanda) | sue P

feminae sane ingenio acerrimae et religione satis probae, ad omnia bonarum ordinationum opera persuasu et consilio temperatus. cumque eidem paci petendae atque offerendae studio-8 sissime insisteret, apud Barcinonam Hispaniae urbem dolo suorum, ut fertur, occisus est.

Post hunc Segericus rex a Gothis creatus cum itidem iudicio 9 Dei ad pacem pronus esset, nihilominus a suis interfectus est.

Deinde Vallia successit in regnum ad hoc electus a Gothis, 10 ut pacem infringeret, ad hoc ordinatus a Deo, ut pacem con10 firmaret. hic igitur — territus maxime iudicio Dei, quia cum 11 magna superiore abhinc anno Gothorum manus instructa armis nauigiisque transire in Africam moliretur, in duodecim mili-

## AVCTORES lin. 5 ut fertur

EXPILATORES 6 Post—7 interfectus est compilauit Isidorus Hist.

Goth. 20 cf. Iordanis Get. 31 extr.

8 Deinde — 9 confirmaret compilauit Isidorus Hist. Goth. 21

8 Deinde — regnum cf. Iordanis Get. 32

8 Vallia — regnum cf. Marcellinus Comes ad a. 414

10 hic — p. 562, 2 cladis cf. Iordanis Get. 33 p. 123, 18—124, 3

11 Gothorum — p. 562, 2 cladis compilauit Isidorus Hist. Goth. 22

1 fremine  $R\parallel$  sane a. ras.  $R\parallel$  religioner satis (no sa in ras. m. 1)  $D \parallel \text{religione} \mid PGV_{5} \mid \text{religione} (gi s. s. m. 2) R \mid \text{religionis} (0) v \parallel$ satis (s fin. corr. ex aita litt. m. 2) P || prope D probatae KM 2 persuasu (su alt. in ras. m. 1, post su er. 2 litt., su ?) P suasus D 3 pace  $R^2$  || petente  $R^1$  appetente  $R^2$  adpetende VT | adque PR1 | offende (-di V) VT | studiosissime a. ras. R 4 barcinonam] X, barchinonam (h statim ex n) D barchilonem PRN.A barcylonam H barcilonem GKMT8 barcillonem (ch O) VWO barchilinem  $X_s$  barcinonem (N)  $fsh_s$  etiam 1, 2 § 104 barcinonam scribendum uid. 6 hounc (o del. m. 1)  $P \parallel$  segericus] PDWB7 pronos D || esse D (lin. s. s. segaricus (sic)  $R \parallel$  ididem Dtenuissima fortuita uid.) || a] et a sh 8 uallia] DTW(KMO)v item uel uuallia B ualia PRGHN, X, S (sed idem S in Get. mox uallia) bellia N uuluis V || successit\*in (sit i in ras. m. 1) D || ad hoc] adhuc D || electus ordinatus DKMO (sic ad hoc ordinatus ado pacem ofirmar& a gothis ut pace infringer& V) 10 maxime a. ras. R maximae  $D \parallel \text{quia} T (VON) Z_1 v \text{ qui } PRDKMHN_1 WX_2 \text{ qd } ex \text{ qu} \cdot (corr.$ 11 manus (s er.) R manu NX, 12 nauigiisque (gi s. s. m. 2)  $P \parallel$  oliretur  $D \parallel$  duodicem  $D \parallel$  milisebus (er. ti) D٧. 36

p. 586 bus passuum Gaditani freti 'tempestate correpta, miserabili
12 exitu perierat, memor etiam illius acceptae sub Alarico cladis, cum in Siciliam Gothi transire conati, in conspectu suorum
miserabiliter arrepti et demersi sunt — pacem optimam cum
Honorio imperatore, datis lectissimis obsidibus pepigit; Placidiam imperatoris sororem honorifice apud se honesteque
13 habitam fratri reddidit; Romanae securitati periculum suum
ebtulit, ut aduersus ceteras gentes, quae per Hispanias conse14 dissent, sibi pugnaret et Romanis uinceret. quamuis et ceteri
Alanorum Vandalorum Sueborumque reges eodem nobiscum 10
placito depecti forent mandantes imperatori Honorio: tu cum
omnibus pacem habe omniumque obsides accipe:
nos nobis confligimus, nobis perimus, tibi uincimus, immortali uero quaestu reipublicae tuae, si
15 utrique pereamus, quis haec crederet, nisi res doceret? 15

AVOTORES § 12 pacem cf. 1, 17 § 3 et 3, 20 § 9 § 13 cf. 1, 16 § 3 et 1, 17 § 3

EXPILATORES 2 memor — 3 conati cf. Iordanis Get. 33 p. 124, 2 sq. 2 acceptae — 4 demersi sunt uid. adhibuisse Isidorus Hist. Goth. 18 3 in Siciliam — conati cf. Iordanis Get. 30 p. 114, 8 4 pacem — 7 reddidit compilauit Isidorus Hist. Goth. 21; cf. Marcellinus Comes ad a. 414 (inde Iordanis Chron. p. 238 E³) 4 pacem — 15 pereamus (aliunde his exigente Constantio insertis) excerpsit Paulus 316, 20 — 28 4 pacem — 9 uinceret uid. adhibuisse Iordanis Get. 32 p. 119 7 reddidit adhibuit Seuerus Chron. p. 450, 4

2 alarico]  $GVWX_1$  (ri s. s. m. 1 in V) v halarico PRD alaricho  $N_1$  halaric.  $\mathfrak{H}^1$  alaric.  $\mathfrak{H}^2$  3 sicilia RH et ante corr. m. 3 aut 4 P 5 lectissimis obsidibus (lectissimis ob in ras. m. 1) P || pepiegit D 7 Romanę (an s. s. m. 2, erasum sed mox m. coaeua restitutum) R 8 aduersum (5) v || cęteras a. ras. R 9 pugnaret ct] pugnaret DVTONW || cęteri a. ras. R citeri D 10 alanorum] GV halanorum  $PDVN_1X_2W$  halanorü (\* eras., fort. casu) R || uuandalorum  $GWX_2\mathfrak{H}$  || sueborumque] PR sueuorum QV || honori QV 11 depecti] QV 12 depecti QV 13 confligimur QV || uincemus (more suo) QV 14 immort. — 15 pereamus] tuae erit quaestus reipublicae si utrique pereamus QV || immortali] QV || erit add. post quaestus V || tutrique (ex utroque?) V

strages ex alterutro barbarorum crebris certisque nuntiis discimus, praecipue Valliam Gothorum regem insistere patrandae paci ferunt. ex quo utcumque concesserim, ut licenter Chri-16 stiana tempora reprehendantur, si quid a conditione mundi p. 587 usque ad nunc simili factum felicita te doceatur. manifestaui-17 mus, ut arbitror, atque ostendimus non magis uerbo paene quam digito innumera bella sopita, plurimos extinctos tyrannos, conpressas coangustatas addictas exinanitasque immanismo simas gentes minimo sanguine, nullo certamine ac paene sine caede. superest ut obtrectatores nostros molitionum suarum 18 paeniteat ueritatique erubescant Deumque uerum et solum, qui potest omnia, credant timeant diligant et sequantur, cuius omnia, et quae mala putant, bona esse didicerunt.

15 Explicui adiuuante Christo secundum praeceptum tuum, 19 beatissime pater Augustine, ab initio mundi usque in prae-

AVCTORES lin. 2 nuntiis discimus | lin. 4 ferunt

EXPILATORES 16 ab initio — 564, 1 annos et q. s.] Nam et Horosius (sic Naz.) diligentissime hace (hace om. Naz.) inquirens, omnem numerum annorum ab initio mundi usque ad suum tempus in unum collegit Gregorius Turon. I prol. 16 ab initio — p. 564, 2 octo] Orosius presbyter in septimo ad Augustinum libro ab initio mundi usque ad tempora Honori II annos v. devili adserit Prosperi auctarium (ex codice Vat. Reg. 2077 saec. VI extr. scripto; cf. Exempla codd. Latt. 1876 ad t. IIII Roncall. 1 p. 723

1 cottidiae D cotidie PR 3 praecipue sqq. cf. Tillemont Hist. des Emp. ad a. 416 cap. 57  $\parallel$  ualliam]  $PDVWX_2v$  uilliam R ualiam GN,  $\parallel$  petrande (pro e pr. m. 1 scriptura erat a, corr. in a m. 2; e fin. in ras., ex a fort.) R 5 repraehendantur PRD 7 adque  $P^1R^1$  (corr. m. coaeua in R) 8 tyrrannos R 9 conpssas (on corr. in  $\tilde{o} \bullet$ ) R  $\parallel$  coangustatas (ta prior statim s. s. et s fin. ex corr. sed statim insertu) D  $\parallel$  exanitasque (t ex n uid. corr. sed statim) D  $\parallel$  inmanissimas PR 10 nullo] et nullo DVT  $\parallel$  peene R benae D 11 ut] -ot D  $\parallel$  molitionum (o prior ex i corr. m. 1) P 12 paeniteat (a prior linea del. in P, erasa in R) paeneteat D  $\parallel$  erubiscant (i in e corr. m. 3 aut 4) P 13 diligant et sequantur om. D solus  $\parallel$  diligantes (fort. litt. nulla er.; spat. 1 aut 2 litt.) P 14 potant D  $\parallel$  bona (a in ras. m. 2) P  $\parallel$  in didicerunt (i pr. ex e) desinit V 15 sic Explicui PRD  $\parallel$  tuum praeceptum v 16 agustine D  $\parallel$  in] ad PR TOW  $\parallel$  peentem (erasa s ?) R

sentem diem, hoc est per annos quinque milia sescentos decem et octo, cupiditates et punitiones hominum peccatorum, conflictationes saeculi et iudicia Dei quam breuissime et quam simplicissime potui, Christianis tamen temporibus propter praesentem magis Christi gratiam ab illa incredulitatis con- 5 20 fusione discretis. ita iam ego certo et solo, quem concupiscere debui, oboedientiae meae fructu fruor; de qualitate autem opusculorum tu uideris qui praecepisti, tibi adiudicanda si edas, per te iudicata si deleas.

1 quinque milia sescentos decem et octo] PRG (sexc-R) idem numerus in  $\varsigma$  et Prosp. auct. et edd. ante h quinque milia sescentos et octo D ·v·mil devii  $N_1O$  || decem et octo] septemdecim h inuitis codd. et edd. omnibus nec ullo uerbo addito, notatus iam ab Gallandio uol. 9 p. XII 2 coupiditates (eras. 1) R || punitates DT 3 scli R || brauissime P 4 propter] sic pp $\tilde{v}$  P 5 illo  $PR^iX_2$  7 meae] mae D 8 praecipisti  $R^i$  precipisti D || adius|dicanda P

Explicit· | Pauli·horosi·historiarum·aduersu paganos | liber vII-feliciter: epistula· seueri ad sem paulisum epm P explicit Pavli edososi histori|arvm adversum Paganos Lie· vII· felicit·; epistula (v in o m. 2) severia | ad sem Pavlin $\overline{v}$  epm· R

EXPLICIT: PAVLI OBOSII-LIB·VII- (nigris litt.) | DE TREGINTA: ANNO-BVM (rubris maior. litt.) | PRAESCRIPTIONE OMNIBVS CAVSIS OPPONENDA- (nigris minor. litt.) | Imperator theudosius et q. s. D

# PAVLI OROSII HISTORIARVM CAPITVLA.

## EX CODICE D.

## CAPITVLA LIBRI PRIMI.

- I. De exordio auctorum tam Graecorum quam Latinorum, quod initium scribendi a, Nino rege, Beli filio, sumserint. [1 § 1]
- II. Quanti ab Adam usque ad eundem Ninum Magnum anni fuerint. [1 § 5]
- 5 III. De temporibus regis ipsius usque ad Caesarem Augustum, hoc est usque ad natiuitatem Christi, quae annorum summa cucurrerit, et quod tam prolixo spatio temporum raro bella cladesque cessauerint. [1 § 6]
- IIII. De situ totius Orbis, quibus aut quam magnis regionibus terminetur, et quod in tres plagas id est Asiae Europae et Africae scindatur, sicut alii testantur auctores. [2 § 1]
  - V. De diluuii tempore, quod relictis in arca paucis humanum genus, quod manebat extrinsecus, sit deletum. [3 § 1]

Lectionis varietatem ex D adnotavi integram. — in contextum nomina propria recepi intacta exceptis vulgaribus, velut Hircules et Sartanapallus, ac terminationum barbarismis, velut Troianus (pro -os), Nine (pro -ni), huic codici sollemnibus. praeterea paucula quaedam, licet ab ipso fortasse epitomae auctore profecta, correxi, ne legentem inutiliter morarentur; velut p. 567, 24 Aremulo scripsi pro Romulo. — in fine capituli unius cuiusque indicavi, ubi quisque capituli numerus in ipso Orosii opere a codice D positus sit.

fol. I incipit: PAVLI: OBOBII: LIBEVM (corrige LIBE VII) col. rubro | HIBTOBIAEVM · col. uiridi | I (col. nigro, sed numeri segg. rubro) De exordio

1 grecorum 2 sumserunt 5 agustum 7 spacio 8 cessauerit 9 in Orosio ipso non addidit numerum nec maiore littera capituli initium distincit || tutius urbis 10 terminitur || in addidi || tris || eurupae 11 afrecae || scinditur 12 in Orosio ipso 1\tilde{u} sic || deiluuii (er. 1 ut uid.) 13 manibat || est

- VI. De Nini cuius supra regis initio et fine, et quod ipsi uxor eius Samyramis successerit in regno. [4 § 1]
- VII. De interitu quattuor cum Sodoma ciuitatum. [5 § 1]
- VIII. De bello quod inter Thelcises et Charsatios aduersus Foroneum regem Arginorum et Parasios gestum est. [7 & 1]
- VIIII. De secundo diluuio, quod Ogi temporibus legale quidem sed maximum terris effusum est. [7 § 3]
  - X. De ubertate Aegypti et fame, quae Ioseph temporibus acta sunt, de quibus plenius sacra testatur historia. [8 § 1]
  - XI. De inundatione aquarum, quae Anphyctionis regis Athenien-10 sium tempore maximam populorum partem Thessaliae absumpsit, quando etiam Deocalion regnasse, Liber quoque pater Indiam superasse perhibetur. [9 § 1]
- XII. De Hebraeorum ex Aegypto egressione per Moyssen ducem et decem Aegyptierum plagis, quas pro Iudeorum retentatione 15 divinitus pertulerunt, et quod eodem tempore uehementius solito sol accensus totum paene Orbem suo calore torruerit. [10 § 1]
- XIII. De parricidio filiorum Danai atque Aegypti, et quod Danai tanti sceleris fabricator ad Argos, pulsus regno, migra-20 uerit. [11 § 1]
- XIIII. De Busiridis in Aegypto hospitalitate orudeli, qui diis suis hospitum innocentum sanguinem inmolabat. [11 § 2]
- XV. De Perseo, qui a Graecia transuectus in Asiam plurimas ibi barbaras gentes domuit, ubi ad ultimum uictae genti de suo 25 uocabulo Persarum primus nomen inposuit. [11 § 4]
- XVI. De diuturnitate regni Assyriorum, quod usque ad regem Sardanapallum constat extensum. [12 § 2]
- XVII. De Tantali in Ganymedem flagitiosi amoris incestu et Pelopis certaminibus contra Dardanum atque Treianes nec non se

1 nine || inicio || finem || ipee 2 successit 3 ciuitată (ă m. 1 in ras., ex e ut uid.) 4 charsatius 5 parasius 6 diluuiu. (eras. m) || se\* (eras. d) 11 maxima || tessaliae 12 india 14 xII euanidus || hebreorum 15 decim 16 pertolerunt 19 xm euanidus || quod danaui 22 crudile 20 spulsus 24 persa eo || grecia 25 vioti 26 uocabalum 29 gansmidem || flagiciosi 30 troianus

plurimarum gentium gestis ac regum, quorum cursim habita solum nominum mentione longum uisum singillatim facta discribi eo quod multis familiaria et nota sint fabulis. [12 § 8 lin. 2]

- 5 XVIII. De Atheniensium bello et de Minotauro, cui Cretenses uorandos Atheniensium nobilium filios addicebant. [13 § 1]
  - XVIIII. De certamine Lapitharum et Thessalorum. [13 § 3]

10

- XX. De rege Aegypti Vesoze, qui Scythas primum in bella commouit et ab eisdem uictus refugit in regnum: ex quibus sunt Amazones bellatrices, quas Hercules postea superanit: quae Europae et Asiae ex parte aliqua dominantes Ephesum simulque urbes alias condiderant. [14 § 1]
- XXI. De raptu Helenae et obsidione decennali Troiae atque excidio subsecuto simulque Aeneae in Italiam ingressu. [17 § 1]
- 15 XXII. De Sardanapalli regis Assyriorum prauis moribus, et quod defuncto illo eorum regnum primum concesserit in Medos, postea in Scythas Chaldaeosque peruenerit. [19 § 1]
  - XXIII. De Fraorte rege Medorum et Diocle successore eius, cui Astyages pari modo successit in regnum. [19 § 4]
- 20 XXIIII. De Cyro rege Persarum, qui aue suo Astyagi certamen indixit, quo uicto regni summa potitus sit, et quod huius temporibus Phalaris Siculus arrepta tyrannide Agrigentinos grauiter populatus est. [19 § 6 l. 2]
- XXV. De Aremulo Latinorum rege ac flagitiis ipsius, et quod fulmine ictus interiit. [20 § 5]
- XXVI. De bello Peloponensium et Atheniensium graui, quando etiam Asiam Amazonum gentis exercitus diu lateque uastanit. [21 § 1]
- XXVII. De Lacedaemoniorum et Messeniorum bello, quod adhibitis Atheniensibus et Peloponensibus sibi sociis per annos plures usque ad internicionem prope inexplebili furore gesserunt. [21 § 8]
  - 6 filius 10 amazonos || hirculis 11 erupae et asia 13 rapto 15 sartana palli || assiriorum elinae || decenali 16 defunctu | concessit 18 medurum || successorem 19 arteages 20 astiagi 22 falaris sicuius 24 romulo || flagitus 26 atthiniensium 28 in Orosio ipso sic XXCI | laci demoniorum 29 pile penensibus 30 internitionem || inexplebile

## CAPITVLA LIBRI IL

- I. De regnis quattuor Orbis universi, quae dispensatione Dei successu temporum principalia per mundi partes quattuor steterunt, id est Babylonium primum, exinde Macedonicum, post Africanum atque in fine Romanum.
- II. De conditione urbis Romae, quo post euersionem Troiae anno fundata sit, et quod suorum regum ac principum per ducentos et tres annos usque ad consules assiduis fracta fuerit et infecta criminibus. [4 § 1]
- III. De Bruto, qui apud Romanos primus consulis nomen ob- 10 tinuit. [5 § 1]
- IIII. De Romanorum et Sabinorum bello et discessione plebis a patribus ac fame et pestilentia protenus subsecuta: quibus utique malis non parum Roma quassata sit. [5 § 4]
  - V. De Veientium et Etruscorum graui certamine, quos Marcus 15 Fabius consul non sine maximo reipublicae dispendio superauit: in quo bello omnis Fabiorum familia insidiis trucidatur. [5 § 6 l. 5]
  - VI. De Cyro rege Persarum, qui urbem potentissimam Babylonam Euphratis alueo deriuato magnis exercitus sui copiis occu-so pauit, et qualis urbis ipsius situs fuerit quodque eodem tempore Lydiam pari felicitate deuicerit. [6 § 1]
- VII. De bello, quod cum Scythis quibus regina Thamyris praeerat idem Cyrus postea habuit: a qua uictus et extinctus est. [7 § 1]
- VIII. De rege Dario, qui cum Antero Scytharum rege certatus est, ubi etiam non paruam manum sui amisit exercitus, et quod postea Macedoniam atque Asiam adgressus obtinuit, deinde contra Athenienses bellum gessit, a quibus plurima

1 INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI II (litt. nigris) 2 urbis || quae| q: 4 babilonium || machedonicum 5 africum sic in fine 8 ducentus et tris annus 10 in Orosio ipso II temere romanus || consules 12 a om. 14 quassata (prior s statim s. s.) 15 ueiencium || certamini 16 consol || reipublice 17 omnes 20 eufratis | diriuato | cupiis 22 filicitate 24 uictus et et uictus 27 parua manu sua misit 28 machedoniam

populi sui parte confecta uictus refugit in Persas, ubi dum contra uictores bellum molitur interiit. [8 § 1]

- VIIII. De eius Darii filio Xerxe, successore eius, et Leonida Spartanorum rege, qui cum quatuor milibus hominum innumerabilem Persarum fudit exercitum; in quo etiam bello Leonidas rex plures occidendo cum paucis suis lassatus et mortuus est; cui etiam certamini Xerxes foedissime se subtrahens Mardonium ducem reliquit, qui residuum quod erat populi Persarum propemodum sua infelicitate contriuit. [8 § 13 olymp.]
- X. De pestilentia, quae Romae prodigiis praecedentibus uiolenter exarsit, quando ab exulibus ciuibus ac fugitiuis seruis contra Valerium consulem bello quasi ciuili conmoto Capitolium Vrbis incensum est. tunc etiam de hostibus ipsis uictoriam dictator Quintius Cincinnatus obtinuit. [12 § 2]
- 15 XI. De consulum potestate decemuiris tradita et statu reipublicae per tyrannos rebus plurimis perturbato; quando etiam terrae motus in Italia graues exorti sunt. [13 § 1]
- XII. De Fidenatibus hostibus reipublicae, quos Aemilius dictator tertius superauit, et Siciliae uitio dissensionis, quae tyrannorum nutrix et bellorum diu fuit captiua seruilium.
   [13 § 10]
  - XIII. De dissensione et bello ciuili Siciliae, quo, Syracusani dum a Catanensibus dissiderent Graecorum sibi solaciis inploratis, spe obtinendae Siciliae grauia diuturnaque certamina inter Athenienses Spartanosque uersata sunt. [14 § 4]
  - XIIII. Quod ad extremum Lacedaemonii solacio adiuti Persarum Athenienses prope usque ad internicionem actos imperio suo datis urbi rectoribus subdiderunt, quos etiam postea Thrasy-

3 successorem || sparthanorum 4 innum merabilem 7 certamine 8 reliquid 9 prope mode || infilicitate 10 pestilentiae || praecidentibus 11 ab om. 12 consolem || conmutu capitulium 18 uicturiam 14 quentius 15 consolum | decim uiris || statu reipublicae scitatus reipublicae (er. s; r ante lin. add. statim m. 1) D 16 tyramnos || terre mutus 18 emilius. 19 tercius || uicio disensionis 28 gregorum || solacius 25 athini-28 subenses sparthanosque 26 lace dimoniis 27 actus dederunt || trasibulus

bulus quidam Atheniensium pro patriae libertate consurgens sub specie conloquii circumnentos fraude decepit. [16 § 8]

- XV. De ciuili bello Persarum, quod Artaxerxes et Cyrus filii Darii de statu regni certantes egerunt, quorum uno id est Cyro interfecto ad Artaxerxem regni summa peruenerit. [18 § 1] s
- XVI. De terrae motu concussae Siciliae, ubi Aetna mons eo tempore aestus suos solito grauiores effudit. [18 § 6]
- XVII. De obsidione Veiorum, quos Romani cum suo maximo detrimento decem annis continuis obsederunt. [19 § 1]
- XVIII. De Senonum in Italiam Vrbemque inruptione Gallorum, et 10 quibus stragibus populum senatumque Romanum inaudita . prius crudelitate trucidauerint quodque eorum atrocissimum impetum ictu fulminum Vrbis fuerit incendium subsecutum.

  [19 § 5]

## CAPITVLA LIBRI III.

I. De pace Graecis a rege Persarum Artaxerxe ueluti iure dominantis indicta, quibus ut ab armis quiescerent imperauit. [1 § 1]

15

- II. De bello Spartanorum atque Persarum, quod adhibitis sibi auxiliaribus copiis usque ad internicionem prope Lacedae-20 moniorum diu grauiterque gesserunt. [1 § 5]
- III. De reparatione Atheniensium per Cononem. [1 § 23]
- IIII. De certamine, quod cum Arcadibus Spartani propter castellum quoddam adgressum inruptione furtiua quasi de imperio desperantes inter extrema gesserunt. [1 § 25]
  - V. De terrae motu, quod Achaia uniuersa concussa duas ciuitates prouinciae ipsius, id est Ebora et Helice, disruptas terrae hiatus absorbuit et quod diebus illis, quibus auctor haec scribit Orosius, Constantinopolim terrae motu graui

2 speciae || circumuentus 3 Decinile || artaxerses 4 regini 6 terre || ethna 9 decim 10 inruptionem 12 crudilitate 13 ietum fluminum (flu statim in ful corr.)

15 INCIPIVNT CAPITVLA: LIBRI: III! 16 grecis
19 sparthanorum 20 cupiis || lacedemoniorum
22 II (pro III) ||
perco.nomen 28 partani 24 quodam 25 disperantes
26 terre mutu || ciuitatis 27 disruptae 29 constantinopolim] cf.
Rhein. Museum 30 (1875) p. 314 || terre

stammaque caelitus desuper inminente maximo patuit obiecta discrimini tantamque iram Dei Arcadii oratione principis cum supplicatione totius populi Christiani constet auersam. [3 § 1]

- VI. De uictoria Romanorum, quam de Vulscis Faliscis ac Praenestinis, qui multis retro temporibus infestissimi Vrbi hostes extabant, ueloci felicitate tulerunt. [3 § 4]
- VII. De pestilentia Vrbis atque prodigio, cum hiatu terra terribili a se scissa dissiluit: in quem Marcus Curtius eques uiuus sponte descendit. [4 § 1]
- VIII. De secunda inruptione simulque internicione Gallorum, qui non longe ab Vrbe a Manlio Torquato et Quintio ac Sulpicio dictatoribus superati, dum se per oram maritimam diffudissent, ad extremum a Marco Valerio, qui Gallum quendam cui singulari pugna conflixit corui adiutus auxilio superauit, uicti atque trucidati sunt. [6 § 1]
  - VIIII. De tempore, quo petentibus Carthaginiensibus pacem diuersa Romae prodigia praecesserunt, quodque isdem diebus Artaxerxes Iudaeorum gentem bello superatam in Hyrcaniam plurima ex parte transtulerit, Aegyptios quoque Persarum simul regno subdiderit. [7 § 2]
    - X. Quod aduersum Samnitas grauia ilico Romanis bella suscepta sint ac Latinos nihileminus rebellantes Manlius Torquatus consul uicerit. [8 § 1]
- 25 XI. De Minuciae uirginis Vestalis incestu atque interitu, et quod isdem diebus plurimae in Vrbe matronarum in maleficio detectae punitae sint. [9 § 5]
  - XII. De Alexandro Epirotarum rege, Alexandri illius qui uocatur Magnus auunculo, a Samnitibus uicto atque interfecto. [11 § 1]

5 uicturia || quadenulscis (d in ras. m. 1) 7 neluci filicitate 9 quem] que || curcius 10 uiuos ponte discidit (i in en statim corr.) 13 ora maritima 14 extreme 17 chartaginiensibus 18 hisdem 19 hircaniam 20 plurimá. || aegyptius 22 Quodì 24 consol e, uicerit (interpunctio ex corr. m. 1) Dequo terito 28 alexandri, (i statim ex o corr.) || qui|qui

- XIII. De Philippo potentissimo rege Macedonum, qui Graeciam proeliorum suorum uirtute quassauit et plures prouinciae ipsius nobilissimas ciuitates dolo captas et hominibus et opibus uacuauit. [12 § 1]
- XIIII. Quod idem obsessa Byzantio Scythis bellum intulerit, a qui- s bus sumpta uictoria dum rediret Triballis obuius factus belloque congressus in ipso fuerit certamine uulneratus. [18 § 1]
- XV. De eiusdem Philippi prosperitate uictoriae, quam de Atheniensibus Lacedaemoniis ac Thebanis, ad ultimum calcato 10 ipsarum urbium dominatu, cruentissimam cepit, et quod mox dum in Persas bellum molitur interiit. [18 § 9]
- XVI. De infelici cum Samnitibus congressione Romanorum, quando ad Caudinas furculas uicti missique sub iugum sunt, et Papirii consulis, euoluto anno, de uictis eisdem hostibus 15 subiugatisque uictoria. [15 § 2]
- XVII. De Alexandri Magni, qui patri Philippo successit in regnum, uirtutibus ac triumphis, quos de Persida atque Aegypto aliisque prouinciis mira et celeri felicitate promeruit. [16 § 1]
- XVIII. Quod praedicti regis temporibus, etiam quo accessus ipsi so non patuit, sanguine proeliorum totus paene Orbis incaluit in tantum, ut Agidis Lacedaemonii regis in Graecia, Alexandri Epiri regis in Lucania, Zopyrionis praefecti Ponti in Scythia plura bella et grauia gererentur. [18 § 1]
- XVIIII. De eis, quae aduersum gentem Indorum idem Magnus as Alexander terribiliter gessit, qualiterque omnibus paene populis Orientis oppressis, dum ad extremum Babylonam regressus mundi totius legationes exceperit, ueneno hausto clam puero tradente defecerit. [18 § 5]

1 greciam 5 bisantio schythis 6 uicturia || treballis 9 uicturiae 10 lace daemoniss 11 coepit, cf. Oros. 3, 14 princ. || et mox 13 infilici 15 pauperii consules euuluto 16 uicturia 19 filicitate 22 lace daemonii, regis (r m. 1 ex s, interp. add. ex corr. m. 1) || haec ingrecia | alaxdri epyri regis in lucania soferionis prefecti ponti in schitia | in ras. m. 1 25 his 27 oppresit || babilonam 28 tutius || austo 29 tradentes

- XX. De Gallorum caede atque Samnitium, quos aduersum Romam uno agmine conspirantes Fabius consul excepit caesisque quam plurimis feliciter superauit. [21 § 1]
- XXI. De bello, quod inter Samnites et Romanos euentu alternante uictoriae item gestum est, et quod ad extremum cum rege suo Pontio superati Samnites, post longum quamquam temporis spatium, dominandi tamen regnandique finem sibi debitum acceperint. [22 § 1]
- XXII. De internicione Sabinorum, qualiter per Curium consulem 10 uicti addictique Romanae fuerint dicioni. [22 § 11]
  - XXIII. De proelio, quod Romani cum Etruscis Gallisque Senonibus infeliciter Caecilio praetore gesserunt. [22 § 12]
- XXIIII. De clade Alexandro mortuo ac dissensione Macedonum, et quod regni Macedonici per eundem Alexandrum corpus longe lateque porrectum, defuncto eo per multos reges ac principes scissum, in Asia Aegypto atque India aliisque prouinciis grauibus atque innumeris proeliis gestis per quattuordecim annos contritum atque laniatum sit. [23 § 6]

## CAPITVLA LIBRI IIII.

- 30 I. De duobus proeliis famosissimis Romanorum, in quibus uicti atque uictores non mediocriter extiterunt, quae cum rege potentissimo Pyrrho Tarentinorum causa excitante gesserunt, et pestilentia, quae bellis quibus supra cessantibus grauis nimium Romam cunctosque fines eius inuasit. [1 § 1]
- 25 II. De eiusdem Pyrrhi ad extremum luctuoso Romanis et damnoso ualde congressu, quodque ab eisdem tertio utique bello uictus abscedens, dum in Achaia apud urbem quandam Spartanum regnum auidus dominationis adpeteret, saxo ictus obierit. [2 § 3]
  - 1 samnicium 2 fauius 3 filiciter 4 samnites (*prior s radendo ex r*) || euente 5 uicturiae 7 spacium || tamen] tam || debetum 8 acceperunt 10 romani 12 infiliciter 13 accedonum 14 alaxandrum 15 multus regis 18 annus
  - 19 INCIPIVAT: CAPIT: LIBRI: IIII (litt. rubris) 20 De duobus usque ad uicti in ras. statim scr. 21 uictures || extetirunt 22 pyrro 24 roma 25 pyrri 26 congressu (u in o m. 1 mut.) quodq: (q: ex ab m. 1) 27 abscidens 28 dominationes

- III. Quod Pyrrhi morte conperta Tarentini aduersum Romanos, Carthaginiensium sibi adiuncto solacio, iterum arma sumserunt, in qua etiam pugna superati sunt; quibus diebus magna Romae fuerint uisa prodigia. [3 § 1]
- IIII. De bello, in quo aduersum Picentes duce Sempronio consule 5 dimicantes Romani uictores quidem sed cum strage multa militum extiterunt, et quod plura eos fuerint secuta prodigia. [4 § 5]
  - V. Quod Vulsinienses in libertinos suos, qui eos urbe coniugibus et facultate priuauerant, acceptae ultores iniuriae adiuti 10 seueritate reipublicae uiriliter extiterunt. [5 § 8]
  - VI. De pestilentia, quae apud Romam grauissima conflagrauit in tantum, ut plus perisse populi quam superfuisse referatur, et Capparoniae uirginis Vestalis incestu simulque suspendio, quo uitam adulterii conuicta finiuit. [5 § 6]
- VII. De bello Carthaginiensium, quod infeliciter contra Siculos Sardosque gesserunt; ubi etiam urbis ipsius rex Himilco intolerabili pestilentia totum paene morbo amiserit exercitum regressusque Carthaginem gladio mortem sibi ipse conciuerit.

  [6 § 2]
- VIII. De Hannonis cuiusdam Carthaginiensis potentissimi hominis in ciues suos inpietate uel scelere dignoque suis moribus exitu et Hamilcare Carthaginiensi uiro facundo ad Alexandrum per dolum misso regressoque ad propria post mortem Alexandri ueluti ciuium inimico a suis per inuidiam interfecto. 25 [6 § 16]
- VIIII. De Siculorum certamine et strage Poenorum, quam per Agathoclem Siciliae regem in Africam ex consilio transuectum Carthaginienses non mediocriter sui exercitus amissione sen-

1 pirri (i prior ex e radendo mut.) || romanus chartagini ensium (altera i statim ex e) 5 duces est pronio 7 extetirunt publice 12 pestilencia 14 incestu, ssimul (interpunctio ex corr. m. 1, s tamen non deleta) 15 alulterii 16 carthageniensium | infilicitor || siculus 17 himelco 18 intolerabile | pene | ami-19 gladium 21 in ipso Orosio VIII ante 6 § 15 haec Darii exstat || chartageniensis 22 pietate 23 amilcare || charthaginiensi uero || alaxandrum 25 inuidia 28 transuectu (u alt. in o m. 1) 29 chartaginienses || non| non de (e statim ex i)

- serunt, Pyrrhi regis Epirotae conlato Siculis aduersum Afros auxilio. [6 § 23]
- X. Quod falso catholicae fidei aduersarii rerum perturbationes, quaecumque accidunt temporibus Christianis, grauibus ac ueteribus Romanorum aliarumque gentium cladibus seu miseriis anteponunt. [6 § 34]

5

14

- XI. Qualiter bellum, quod inter Mamertinos et Hieronem Syracusanum regem, adiuuantibus eum Afrorum copiis, nertebatur, a Romanis pro Mamertinorum statu susceptum celeriterque finitum sit; a quo etiam proelio Hannibal senior Agrigenti a consulibus obsessus, Afris bello quam maxime proffigatis, cum paucis facta eruptione discesserit. [7 § 1]
- XII. Quod Gnaeo Cornelio Asina et Duilio Gaio consulibus idem Hannibal, dum Italiae oram maritimam instructa classe uastaret, nauali Romanis pugna conflixerit, ex quibus uno prius consule fraude decepto ab alio captis nauibus mersisque quam plurimis fuerit superatus, et de Hannone quodam pro Sardis et Corsis in locum Hannibalis subrograto ab Scipione consule, deleto exercitu ipsius, interfecto. [7 § 7]
- 20 XIII. Quodque idem Hannibal senior a Romanis tertio superatus ad ultimum seditione exercitus sui obpressus obierit. [8 § 1]
- XIII. De primo certamine, quod in Africa odiorum crescente negotio Romani consules prospere aduersum Poenorum duces, Hamilcarem scilicet Hannonemque, cum grandi nauium classe gesserunt, et quod Afrorum nauibus plurimis aut mersis aut captis, multis quoque Africae oppidis depopulatis Manlius consul Romam cum ingentibus spoliis uictor ingressus sit. [8 § 6]
- XV. Cuius magnitudinis serpentem Regulus dux Romanus adiutorio militum congressus occiderit. [8 § 10]

1 pyrri || epyrotae 5 gencium || meseriis 7 bello || siracu-8 adiuuentibus || cupiis 10 agrigento 13 quod genio cornilio asinam et diulio gaiceonsolibus idem (cf. cap. 34 et 41) 14 ora maretima 17 et del et 18 loco 19 exercito || inter-20 annibal || tercio 22 nigotio 24 amicarem 29 adjutorium grande

- XVI. De eiusdem Reguli aduersum Poenos primum quidem prospere gesto certamine sed postea infeliciter cum suo quoque exitio terminato, Xanthippo rege Lacedaemonum Afris commodante solacia. [8 § 16]
- XVII. Quantis et quam atrocibus bellis ac maximis cum Romanis s in Africa Siciliaque per uiginti annos aut eo amplius Afris terra marique certatum sit et quod euentu quidem uario, ad extremum tamen Romani extitere uictores quodque inter ista classis magnae redeuntis Italiam amissae naufragio non modica Romani damna senserunt. [9 § 5]
- XVIII. De pace Carthaginiensibus data, supplicibus et statutae summae solutione inposita. [11 § 1]
- XVIIII. De aquarum peste et damnoso Vrbi nimis incendio seu ruinis uel priuatarum domorum uel moenium publicorum.

  [11 § 5]
  - XX. De certamine, quod cum Faliscis et Cisalpinis Gallis a Romanis uictoribus non sine militum damno confectum est.
    [11 § 10]
- XXI. De inrupto a Carthaginiensibus propter Sardiniam insulam foedere, quod pepigerant cum Romanis, et quod pace ipsis so petentibus reddita eodem anno quod diu ante uix cesserat Romani ab omnibus proeliis quieuerunt. [12 § 2]
- XXII. De bello, quod contra Hispanos Hamilcar dux Carthaginiensium gessit, ubi etiam interfectus est: quo tempore legatos Romani suos ab Illyriis peremtos bello sunt atrocissimo es persecuti. [13 § 1]
- XXIII. De sacrilegis sacrificiisque pontificum, quibus Romanas uictorias foedauerunt, prodigiisque feralibus. Vrbe turbata quanta et quam cruenta cum utrisque Gallis, id est Cisalpinis Transalpinisque, certamina licet uictor tamen solito so
- 2 infiliciter 3 xantippo || afrisco modante (s ex 1 poenus 9 clasis || redeuntes || italiam] ad italiam Orosius || corr. add. m. 1) naufragium 11 carthagineensibus || subplicibus || statutae (u statim 12 summa solutionis 14 publicarum 17 damnum 23 amilcar || chartagini-19 chartaginiensibus 20 pepegerant ensium 24 legatus 25 illiriis 27 sacrificiisque] sic pro sacrificiis 28 uicturias 29 et] etiam

multo copiosior undique contractus Romanus gesserit exercitus quodque ipsis diebus Fabius Censorius filium furti insimulatum crudeliter interfecerit. [18 § 8]

- XXIIII. De secundo bello Punico cum Romanis, quod duce Han
  nibale iuniore euersa ab eo Sagunto statutae pacis iura
  soluente non sine magna partis utriusque strage confectum
  est, quodque idem Hannibal montibus Pyrenaeis Alpibusque
  transmissis ad Italiae Ioca plana perueniens ad flumen Treuiam duobus proeliis cum duobus consulibus successu sibi
  prospero sed Romanis aduerso nimium dimicauerit et quod in
  eodem bello fuerit sauciatus multumque in Appennino cum
  elephantis, quos paene omnes amisit, hominum numerum iumentorumque perdiderit. [14 § 1]
- XXV. Quod Scipio frater Scipionis consulis in Hispania cum Magone duce Poenorum isdem diebus plura feliciter bella confecerit quodque ostentis multis et grauibus tunc Romanos datorum prodigiorum causa terruerit. [14 § 9]
- XXVI. De certamine, quod inter Flaminium consulem et Hannibalem ad lacum Transumennum cum clade maxima actum est Romanorum, et quod paulo ante idem Hannibal oculum frigoris uirtute perdiderit, ac de terrae motu terribili, quem exercitus uterque, dum dimicat intentus certamini uchementer, omnino non senserit. [15 § 2]
- XXVII. Quod apud Camas Apuliae nicum Hannibali infestissimo Romani nominis inimico congressus senatus populusque Romanus asque ad internicionem prope cum maxima militum strage certauerit. [16 § 1]
  - XXVIII. Qualia quantaque certamina Romani duces et consules, urbis suae nutante potentia, exercitu quatripertito reipublicae, uno eodemque tempore contra Philippum in Macedonia,

2 fanius consurius 8 crudiliter 1 cupiosior || gessit 4 xmm 7 pyreneis 9 consolibus 10 adversum | dimicauit 12 poeme 14 xv || consules || spanism 15 hisdem || filliciter 18 xvi || interin || consule 20 qued addidi || hamniba manus 21 de addidi || terribile 22 certamine 24 XVII culum 28 **xv**111 29 exercito 30 -que addidi

٧.

- contra Hasdrubalem in Hispania, in Sardinia quoque contra alium Carthaginiensem Hasdrubalem, in Italia cum Hannibale cateruatim occidendo moriendoque gesserint. [16 § 7]
- XXVIIII. Quod Claudius Marcellus Syracusanorum urbem his diebus secundum obsessam uictor obtinuit Archimede mechanico s primae obsidionis euentum suis machinis retardante. [17 § 1]
- XXX. Qualiter Hannibal de Campania exercitum mouens et non longe ab Vrbe castra constituens in conspectu Romae cum consulibus dimicare pluuiae causa largissimae primum mistae cum grandine dein secunda quoque imbrium effusione sit 10 uetitus. [17 § 2]
- XXXI. De duobus Scipionibus in Hispania a fratre Hasdrubale interfectis captaque urbe Campaniae Capua a proconsule Fuluio senatuque ipsius ciuitatis ab eodem duce Romano prope ad integrum interempto. [17 § 12]
- XXXII. Quod paucitas senatus exegerit, ut Scipio Africanus adhuc adulescens dux contra Hannibalem mitteretur, quodque continuo felici successu in Hispania cum magnis Afrorum opibus Noua capta Carthagine Magonem illic fratrem Hannibalis cum ceteris captum Romam transmiserit. [18 § 1]
- XXXIII. De Laeuino consule, qui Siciliam reipublicae consilio armisque subiecit Agrigento prius urbe fortissima insulae ipsius expugnata, et Marcelli consulis atque Crispini Fuluiique proconsulis mortibus, quos isdem diebus in Italia Hannibal cum parte Romani exercitus congressu, alios insidiis truci-25 dauit, quodque plures Scipio, dum haec geruntur, Hispaniae ciuitates obtinuerit. [18 § 2]

2 chartaginiensem (e alt. statim ex iu) || hannibali 3 gesserunt 5 obsessa | mychanico (c in ras. m. 1, ex 1?) 9 consolibus dimigare || misitae ante corr. 12 xx11 (sic) || hasdrubalis 14 ducae 16 XXIII (sic) || exegit 17 aduliscens | mitteritur 18 filice 19 cartaginem | annibalis 20 citeris | romam et (cf. cap. 36) 21 xxv (sic) || leuino || siliciam 23 con-24 proconsulis (lis ex les m. 1) | hisdem 25 fort. illum addendum ante cum 27 cinitatia obtinuit

- XXXIII. De Hasdrubale Hannibalis fratre, quem Claudio Nerone et Liuio Marco consulibus, dum ab Hispania per Gallias in Italiam cum exercitu et elephantis adiutorio fratri futurus accedit, magno proelio feliciter superatum Romanus exercitus interfecit caputque eius in Italia fratri inopinanti transmisit. [18 § 9]
  - XXXV. De eiusdem Scipionis Africani prosperitate successuum, quod Hispania uelociter uniuersa adiuncta reipublicae triumphans Vrbem uictor intrauerit. [18 § 16]
- Poenorum duces magnos, Syphacem scilicet Hasdrubalemque, superauerit hibernis Poenorum prius siue Numidarum miro consilio clam noctu incendio conflagratis, ubi maximam Afrorum partem inermem atque inter castra currentem insperatus obpresserit, Syphacem quoque per Laelium uinctum Romam transmiserit [18 § 17 consul]
- XXXVII. De bello ultimo maximoque inter Scipionem et e diuerso perniciosum Romanis hostem Hannibalem, qui eiusdem consilio consulis in Africam ab Italia redire coactus est, in conspectu Carthaginis magna reipublicae felicitate confecto, quodque Hannibale cum paucis in fugam uerso data pace Carthagini bellum Punicum secundum, quod per annos decem et septem actum est, fuerit tunc finitum. [19 § 1]
- XXXVIII. De Macedonum et Spartanorum cum Flaminino consule et duce gesto certamine uictoribusque Romanis plurima militum clade confecto. [20 § 1]
  - XXXVIII. Quod Hamilcare duce Poeno, qui in Italia Hannibale discedente remanserat, a Bois atque Cenomanis Cremona Placentiaque uastata sit et ad ultimum bello ipsi superati

2 leuio || consulebus || galias 3 elefantis adiuturio fratri (i fin. radendo ex is) 4 filiciter 8 uiluciter 10 filicitate || africa 11 magnus || syfacem 15 syfacem || lelium 16 romae (cf. cap. 32) 14 currente 17 spicionem 19 consulis (i statim in e mut.) 20 chartaginis | reipublice filici-21 hannibele || fuga 22 chartagine || decim tate confectu 25 doce 23 septim 24 framinino console 27 ami!care | annibale 29 placentiaquae || bellum

- sint quodque proconsule Flamininus Philippum regem et cum eo plurimas alias gentes euicerit. [20 § 4]
- XL. De euentu uario proeliorum, quae Romani ducibus multis et optimis in Hispania citeriore siue Etruria, cum Antiocho quoque rege in Syria, cum Celtiberis atque Liguribus, cum 5 Gallograecis in Galatia multa utriusque partis strage gesserunt, et quod tunc Scipio legati loco ad Antiochum missus cum Hannibale profugo atque a se uicto habuerit familiare conloquium. [20 § 10]
- XLI. Quod Marco Claudio Marcello et Fabio Quinto consulibus 10
  Philippus rex, occisorum legatorum causa Romanis reus
  factus, filio suo fungente legationis officio ueniam fusa prece
  meruerit quodque eodem anno et Scipio Africanus apud
  Amiternum exsul morbo perierit et Hannibal apud Prusiam
  regem, dum Romanis reddendus exposcitur, uenono se idem 15
  sponte peremerit. [20 § 27]
- XLII. De Philopoemene Achiuorum duce a Messanis in Sicilia capto et occiso et insula, quae nunc Vulcania appellatur, in mari subito edita, et quod diebus ipsis cum Hispanis utrisque certamina per diuersos duces et consules Romanus so feliciter egerit exercitus. [20 § 29 Philop.]
- XLIII. Quod gentem ferocissimam Basternarum eodem tempore auctore Perseo, Philippi filio, Danuuius gelu siccus per sua terga uno agmine transeuntem disrupta glaciali crusta sorbuerit. [20 § 34]
- XLIIII. De proelio magno, quod gestum est Perseo duce Macedonibus cum Romanis: in quo euentus primi certaminis fuit quidem Romanis aduersus sed postea duce Aemilio dimicante prosperrimus. [20 § 36]
- || siue | cf. uelut V 33 et 34, VI 5 || anthioco 4 ceteriore 5 cheltiberia 6 gallogrecis 8 uictu 10 cladio || fauio 11 philippos 12 fulgente legationis (i alt. statim in e mut.) | uenia || praecae 15 idem sic 17 felopomen achinorum | amissa nisi sicilia sic, Orosii 20 § 30 uerbis in Sicilia male coniunctis cum praecedentibus 18 uulgania 19 mare 20 diuersus 21 filiciter egit 23 danuuius (u prima in a m. 1) 24 disruptis surbuerit 28 emelio || dimicante (m et a ex corr. ut wid. m. 1)

- XLV. Quod Celtiberis populis Hispanorum reipublicae amicitiis discedentibus Publius Scipio Africanus dux in Hispaniam destinatus magnas illic de aduersis et perfidis strages exercuit, et de Sergio Galba praetore a Lusitanis magno proelio superato, qui toto paene amisso exercitu uix cum paucis euaserit, et quod isdem diebus lapideum theatrum censores construi in Vrbe iusserint sed Scipionis Nasicae laudabili oratione sit uetitum. [21 § 1]
- XLVI. Quod idem Sergius Galba Lusitanos in deditionem receptos inermes contra fidem peremerit ignaros quodque id facinus apud omnium animos Hispanorum maximam perfidiae Romano nomini parauerit inuidiam. [21 § 10]
- XLVII. De bello Punico tertio gesto annis quattuor cum Romanis, quo finito iussu senatus Carthago ciuibus spoliata sit primum incensa, sic diruta anno septingentesimo a quo eam Dido Elissa condiderat, et quod inter ista Iuuentius praetor in Macedonia Pseudophilippo congressus cum maxima parte Romani exercitus sit peremtus. [22 § 1]
  - XLVIII. Quod in enertenda Carthagine diu fuerit Romani senatus diuisa sententia, dum pars pro ciuium quiete perpetua delendam eam, pars pro nirtute militum exercenda proque otii abstergenda rubigine conseruandam, ne bellicosae mentis audacia securitatis ignauia solueretur, altiore consilio decernebat. [23 § 8]

### CAPITVLA LIBRI V.

- I. Quod illi dies, quibus haec scripsit Orosius, beatiores et catholica fide fuerint et quiete, quam ii, quibus Romanae uires saepius adtritae uehementer extrinsecus, interdum
- 1 fortasse scribendum amicitia 2 discidentibus 6 hisdem || lapidium 4 de addidi 5 exercito 9 xLvI om. || lusitanus || receptus 10 peremit 7 iusserunt 11 animus 12 nomine parauit inuidia ignarus | id om. 13 xlvii 15 septingentisimo 16 iouenom. || tercio 14 chartago 17 macedoniam 19 xLVIII om. || cartagine || fuit 23 solueritur || alciore 21 exercendam
- 25 INCIPIUNT: CAPIT: LIBRI · V· (litt. rubris) 26 I in ipso Orosii opere om. 27 hii 28 uire || adtrita

(

- quoque in se ipsae conuersae Vrbem paene totam caduca satis nimiumque mutabili felicitate fregerunt.
- II. De iis, quae eodem anno quo Carthago deleta est per Mummium consulem Corinthi gesta sunt in eiusdem florentissimae urbis excidium, et Achaeis Boeotiisque a Metello 5 praetore deuictis. [3 § 1]
- III. De Viriato quodam Hispano latrone genere Lusitano, quantis qualibusque conflictibus Romanos saepe sua temeritate terruerit, et uictoria Lusitanorum hominum trecentorum, qui maioris numeri milites Romanos adgressi latrocinio potius 10 quam bello uicerunt. [4 § 1]
- IIII. De certamine Appii Claudii, quod cum Salassis Gallis habuit, et pestilentia Romae eodem tempore uehementer exorta. [4 § 7]
  - V. De Fabii consulis cum Lusitanis et Viriato certamine deque facinore, quod idem consul in principes sociorum reipublicae, 15 qui sese cum oppidis plurimis sponte subdiderant, eorum contra fidem manus abscidendo commisit. [4 § 12]
  - VI. Quod Pompeius consul cum Numantinis non sine populi dispendio dimicauerit et qua Viriatus morte defecerit. [4 § 13]
- VII. De Mithridate rege Parthorum, qui Babyloniam urbem uictor so inuasit simulque plures alias gentes edomuit atque in Indiam suum extendit imperium, et Demetrio ab eo uicto bello seu capto, cuius regni ad Diodotum quendam summa pernenerit. [4 § 16]
- VIII. De pace inconsulto senatu cum Numantinis facta post proe-25 lium, quod cum iis Romani satis incommodum Mancino consule duce gesserunt, et Mancini ipsius damnatione, qui, pace soluta quam fecerat, morti adiudicatus est et traditus Numantinis. [4 § 19]

4 mu-1 ipse conuerse 2 filicitate 3 his || chartage minium consolem (sed coeperat u pro o alt.) corinthii 5 acheis 8 romanus sepe || timeritate 10 mili-9 uicturia 13 uehimenter 12 certamini 14 neriato 15 reipublice 20 medridate || babilloniam 16 subdedirant 19 ueriatus 23 dio dothum quandam summam 25 numanantinis 26 iis addidi || incommodo 28 adiucatus

- VIIII. De proeliis, quae apud Hispanos Romani duces euentu uario grauique gesserunt, et prodigiis, quae Romae atque in Sicilia uisa sunt. [5 § 12]
- X. De seruilibus in Sicilia bellis non sine labore maximo Romani exercitus obpressis. [6 § 8]
  - XI. De Numantia Hispaniae citerioris urbe bellicosissima ab Scipione Africano iam consule licet maximo cum labore damnoque reipublicae quandoque tamen obpressa et deleta. [7 § 1]
- 10 XII. De seditione Romae a tribuno plebis Graccho mota et cum eius ac plurimorum internicione sopita, et quod eodem tempore in Sicilia simulque etiam per loca alia plurima bella seruilia consurgentia sint repressa. [8 § 1]
- XIII. De bello, quod contra Aristonicum Attali fratrem, qui Asiam
  per testamentum populo Romano reliquerat, pro eodem regno
  peruaso per Licinium Crassum a Romanis infeliciter, a
  Perpenna consule deuicto hoste feliciter est gestum, et
  incestu ac parricidio Ptolemaei regis Alexandrinorum, quod
  in sororem suam prinignamque commisit. [10 § 1]
- 20 XIIII. De iis, quae inter Antiochum Babyloniae et Phrahatem regem Parthorum sunt gesta certamina, et Publii Scipionis Africani obitu. [10 § 8]
- XV. De tremore Aetnae montis et aestibus, quodque solito flammas euomens grauiores Liparam insulam uicinumque ipsi mare suo ardore torruerit. [10 § 11]
  - XVI. De pestilentia, quae in Africa orta ex putredine lucustarum innumerabiles populos cum pecudibus auibus bestiisque inaudita prius clade consumpsit. [11 § 1]
  - 6 numancia || ceteriores 1 hispanus 2 graueque | quae | q: 11 internitione subita 7 console 10 muta 16 licinio grassom || infeliciter infiliciter est gestum 15 per addidi (sic m. 1) | a perpenna — est g in ras. m. 1 17 deuictu oste fili-18 a protho|lomei || alexandrini || quod in sororem in ras. 20 his || anthiocum babilloniae 19 prinignaque 26 pestilencia || nae mostis 24 leporam || ipsi (i fin. statim ex e) 27 populus || pecodibus || bestiisquae pudridine

- XVII. De restitutione Carthaginis reparationem eius maximo praecedente predigio. [12 § 1]
- XVIII. De seditione Gracchi alterius, quae tamultus sui causa ciuili ueluti bello plurimorum sanguinem fudit, et quod eodem tempore a Metello Baleares insulae sunt adiunctae 5 reipublicae ac piraticae infestationes obpressae. [12-§ 3]
- XVIIII. De bello, quod cum Allobrogibus Domitius preconsule habuit ac feliciter terminanit, quodque isdem temporibus grauius solito in perniciem Catinensium ignes suos Aetna mons uomuit. [18 § 2]
- XX. De Bituiti regis Aruernorum clade cum suis, et Gallorum aliorum posita sub radioe Alpium manu, qualiter a Quinto Marcio consule et uicti faerint et deleti. [14 § 1]
- XXI. De bello, quod contra Ingurtham Numidarum regem disrupto foedere in arma surgentem diu et non sine dispendio rei-15 publicae gestum est. [15 § 1]
- XXII. De prodigio, quod in filiam uirginem Lucii Heluii Romani equitis iotu fulminis actum est, et stupro Romae quod in Vestales uirgines Veturius eques Romanus cum aliis corruptoribus perpetrauit. [15 § 20]
- XXIII. De Lucio Cassio consule, a Tigurinis Gallis, quos uerterat uictor in fugam, insidiis cum parte Romani exercitus interfecto ac residuo agmine ab hostibus turpiter subingato, et a proconsule Caepione Tolosatium cum maximis auri argentique copiis urbe capta Gallorum. [15 § 28]
- KKHHI. De Cimbris et Teutonis, qui aduersum Vrbis imperium reliquarum gentium adiuncto solacio de suis sedibus consurgentes occurrentem sibi quidem Romanum exercitum prospera

1 chartaginis reparatione 4 ciuile ueloti 3 siditions 5 metello (e pr. statim ex a) 6 infestationis 7 cum allobrogibus] 8 filiciter | hisdam 9 solido | perniciem (iem statis callobrogis ex em) | catenansium iges | ethna (ma in ras m. I) mon 11 claude 15 reipublice 19 equos remanis (is statim in vs) corrupturibus (u alt. statim in o corr.) 21 tiburinis 22 fuga # 24 caepio thelesatium 25 cupiis 26 tectonis interfectu 27 consurgentis 28 romano

primum congressione fregerunt, sed mox Mario consuli subsequenti de sua suorumque omnium clade bis uicti atque deleti triumphum magnum reipublicae nomine contulerunt. [16 § 1]

- 5 XXV. De matricidio Publici Malleoli et damnatione eius. [16 § 22]
  - XXVI. De bello cinili, quod auctore eodem Mario Romae magna senatorum ac ciuium clade confectum est, et quibusdam ex ciuitus iussu senatus exilio destinatis. [17 § 1]
- XXVII. De socialibus bellis Italiae et pluribus grauibusque pro-10 digiis, quae urbem Romam tam relatione quam uisu grauissime terruerunt. [18 § 1]
- XXVIII. De defectione Picentum Samnitium Lucanorum aliorumque socialium populorum et bellis, quae cum eis diu Romani duces et consules cum magna partis utriusque strage atque infelicitate gesserunt, et quod iisdem diebus rex Sothimus cum maximis copiis Thracum Graeciam ingressus universos fines Macedoniae deuastauerit. f18 § 8]
  - XXVIIII. Quod paulo post Mithridaticum bellum diuturnum et graue surrexerit. [19 § 1]
- 20 XXX. De ciuilibus bellis nimium perniciosis reipublicae, quae auctoribus Mario et Sylla, Cinna atque Sertorio diuturna dissensione uersata sunt, ac proscriptionibus senatorum.

  [19 § 3]
- XXXI. Quod eiusdem belli ciuilis auctoribus Mario utique et Sylla defunctis Lepidus et Catulus singularum partium sectatores quicquid retro actae caedis residuum uidebatur in ciues suos fratresque gesserint. [22 § 16]
  - XXXII. De bellis et cladibus, quae in Hispania senatore Romano Serterio rebellante reipublicae, qui ex Vrbe Syllae fugerat

1 consule subsequente 3 deliti || reipublice 5 publit 8 distinatis 10 quael q: 12 samnicium filicitate || hisdem || othimus 16 cupiis || greciam || universus 17 finis || deuastauit 18 medridaticum 21 serturio 24 silla 27 fratrisque gesserunt 28 sq. fort. scribendum De cladibus reipublicae et bellis, quae - rebellante, qui ex et q. s. 29 serturio 28 q:

- dominatum, per Romanos duces ac milites diu cruentissime gesta sunt, nictoriaque Pompei, qui ad ultimum interfecto Sertorio cunctam Hispaniam in deditionem amicitiamque suscepit. [23 § 1]
- XXXIII. Qualia in Macedonia siue Dardania Claudio et Scribonio s ducibus a Romanis fuerint acta certamina uel quae Publius Seruilius in Cilicia atque Pamphylia aduersum hostes reipublicae, in Illyrico uero Cosconius proconsule feliciter egerint. [23 § 17]
- XXXIIII. De rebellione gladiatorum a Capua fugientum, qui duci-10 bus Crixo seu Spartaco fugitiuorum adnitente solacio Romano exercitui conflixerunt, et quod ad extremum labore magno a consulibus sint repressi, laboriosius tamen a Crasso atque felicius Spartacus suorum manu fusa quam maxime fuerit superatus. [24 § 1]
- XXXV. De miseriis et cladibus Romanorum, quas usque ad id temporis indefesse per bella capitalia et strage succidua aut ciuili malo id est sua sponte pepererunt aut inlata forinsecus cruentissime pertulerunt. [24 § 9]

### CAPITVLA LIBRI VI.

- I. De prouidentia et dispensatione diuina, qua ideo Romano imperio cunctus Orbis factus est subditus, ut facilius sub imperatoris unius principatu per incarnationem Christi et praedicationem eius siue apostolorum ipsius in unam fidem uniuersitas populorum destructu idolorum cultu percepta Dei 25 ueri agnitione conflueret. [1 § 5 itaque]
- 2 uicturiaque || interfectu 3 serturio (r pr. statim ex s) | amicitiamquae 4 suscipit 6 q: plublius (l sic statim deleta) 7 ciliaci || pamphilia 8 ylliri || proconsole filiciter 9 regerint 10 fugientem 11 sparthago 12 a addidi 13 consolibus ! 14 filicius parthacus || maxime represi laborisius 17 indefessec sic ec i. e. aut a (10) statim in e aut e in a corr. 18 sine (pro suic)

20 INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SEXTI (litt. rubris) 22 cunctus (u alt. statim ex i) 24 una fide 25 distructu 26 confluerit

- II. De Mithridatis regis Ponti et Armeniae diuturnis cum egregiis ducibus Romanorum, specialiter Lucullo atque Pompeio, per Asiam maximisque conflictibus, quantaque tandem ui fuerit superatus. [1 § 28]
- 5 III. Quod inter ista satelles Marianarum partium Fimbria Ilium subuerterit sed Sylla restituerit et quod eodem tempore Siciliam Verres praetor adflixerit, piraticam uero insoleutiam uehementer Gnaeus Pompeius terra marique tunc presserit, insulam quoque Cretam longo bello edomitam reipublicae Metellus adiunxerit. [2 § 9 interea]
  - IIII. De eiusdem Pompei cum diuersis ac ualidis gentibus congressu plurimisque famosissimisque uictoriis et Mithridatis in Bosporo dum a filio Pharnace obsideretur interitu. [4 § 3]
- V. Qualia idem Pompeius in Syria ac Phoenice siue Arabia deinceps bella confecerit uel quales urbe capta euersaque Hierusolyma de Iudaeis strages egerit et de coniuratione contra patriam Catilinae a Cicerone consule feliciter extincta. [6 § 1]
- VI. De magnitudine proeliorum Iulii Caesaris seu triumphis, quos deuictis fortissimis populis regibusque Gallorum, Brittannis quoque atque Germanis pari prosperitate superatis hostium domitor singularis emernit. [7 § 1]
  - VII. De Parthorum prospero nimium in Crassum consulem Romanosque successu et e diuerso continuo Cassii de Parthis secuta uictoria. [12 § 2]
  - VIII. De bello ciuili grauissimo, quod auctoribus Caesare Iulio atque Pompeio cum maxima nobilitatis et populi strage actum est et finitum. [14 § 5]

6 subuertit || resti-1 metridatis || arminiae 5 parcium 7 uerres] uerbis || insulentiam 8 geneus 9 insula | tuit 11 plurimisque congressu 12 inter victuriis et 13 dum circ. 20 litt. erasae, ubi et mithridatis in bosporo fuisse conieci; horum et mithridatis uestigia agnoscuntur 13 obsideritur 14 fonice sibi 16 hyerusolima || iudeis || de addidi 17 catillinae console filiciter 19 magnitudinem 22 domitur 23 consolem 27 nubilitatis romanusque 25 uicturia

- VIIII. Qualia idem Caesar illice Alexandriae interfecto urbis ipsius Ptolemaeo rege bella peregerit et quod regnum Aegypti Cleopatrae reginae tradiderit, quaeque in Ponto ac Syria aduersum hostes Romani nominis gesserit. [15 § 29]
  - X. Quod Romam post haec victor ingressus dictator creatus et 5 consul in Africam atque inde in Hispaniam contra Pompeios duos Pompei Magni filios sit profectus et quod in utraque provincia plurimas senatorum strages Pompeianarum partium amatorum cum multa militum utriusque partis clade confecerit. [16 § 3 postea]
  - XI. De eiusdem Iulii Caesaris obitu, et quod eo defuncto multa et gravia exarserint bella civilia. [17 § 1]
- XII. De exordio magni et felicis imperii Octauiani Caesaris, ex quo imperatores omnes Augusti appellari coeperunt, bellisque ciuilibus, quae sub eo ac per eum cum multorum excidio 15 gesta sunt senatorum, deque Bruti et Cassii exitu, et quod einsdem Augusti temporibus natus sit dominus Iesus Christus. [18 § 1]
- XIII. De rebellione Sexti Pompei contra rempublicam, et quod adversum eum a Caesare gestum sit cruentissimum nauale 20 certamen, deque uictoria, quam de Persis et Parthis magnam in Syria per Ventidium ducem Romanus sumsit exercitus, Lepidique certamine, qui oum Augusto dimicauit, et quod uictus a Caesare supplicando et ueniam fuerit consecutus et uitam. [18 § 19]
- XIII. De rebellione seruorum, quae Caesaris auctoritate conpressa est, et quod his diebus Romae e terra oleum fluxerit. [18 § 32 Taurus]
  - XV. Quod in partibus Orientis ab exercitu reipublicae duce Antonio infelicia acta sint proelia, a quo deinceps in Graecia so

1 interfectu 2 thodomeo 3 tradedirit || pontu 4 ho-7 filio 5 romana 6 afrecam adque || pempeius 8 parcium 12 exarserunt 13 filicis 14 agusti apellare 20 sit statim ex est corr. 16 cassu 17 agusti ceperunt 21 victuria 22 romanos 28 laepideque | agusto sari(s auctoritate) inclusa in ras. m. 1 30 infilicia || grecia

Pompeius qui supra fugiens bello ulctus et captus occisus sit, plurimisque uictoriis Caesaris, quas in Illyrice Pannoniaque sortitus est. [19 § 1]

- XVI. Quod Artabanem, regem Armeniae uictum Antonius cum suis opibus ceperit itemque elatus Antonius Caesari terra marique conflixerit, qualiterque ad ultimum cum affectibus suis uitam morte finierit. [19 § 8 Antonius]
- XVII. De pompis eiusdem Caesaris Augusti uictoris ab Oriente redeuntis, cum quibus Vrbem tripliciter ingressus est, et quod hic primus triumphi sui fuerit qui postes Epiphaniae Christi factus est dies, in quo Augusti honores et nomen acceperit, quodque ad hunc primum imperii totius pertinuerit monarchia. [20 § 1]
- XVIII. De circulo, qui in modum arcus caeli diebus illis orbem solis ambiuit, et quod ab eodem Augusto in Sicilia repressis seruilibus bellis multa milia seruulorum propriis dominis restituta fuerint, atque iterum de olei fonte largissimo per totum diem Romae de taberna meritoria exorto, et quod hoc signum dominicae incarnationis extiterit sine dubietate mysterium. [20 § 5]
  - XVIIII. De eiusdem uictoriis Augusti, quas in Cantabros atque Astures aliasque fortissimas gentes Hispaniae laudabiliter consummauit. [21 § 1]
- XX. De commotione gentium diversarum tam in Dalmatia quam in Pannonia Thracia Africa Germania Galliaque reliquisque provinciis a pace reipublicae discedentium, qualiter eas idem Augustus per diversos ac plurimos duces mira felicitate subegerit, et per ipsum Caesarem inter ista Cantabrico bello, quod ipse susceperat, quinquennio terminato. [21 § 12]

4 arminiae | antinius 6 qualeq: 2 uicturiis || illirico 9 urbe trepliciter 10 epyfaniae 7 mortem 8 agusti 14 modo || caelestis 12 tutius 11 qua agusti | et addidi 16 seruolorum 15 quod addidi || ab eo die agusto 17 fuerint addidi' de addidi 18 meretoria 19 extiterit (i prior 24 dalmacia statim ex el 21 nicturiis agusti 22 gentis 25 tharacia, 27 agustus | dinersus | 26 discedendum quali plurimus || filicitate 28 et addidi

- XXI. De Varo Quintilio reipublicae cum tribus legionibus a Germanis extincto, Bosporanis uero ab Agrippa ad deditionem coactis et foedere Parthorum, quod ab Augusto Caesare, signis quae Crasso ablata fuerant restitutis, fusis precibus datisque obsidibus meruerunt. [21 § 26]
- XXII. De pace, quam eiusdem Augusti felicitate cunctus continuo Orbis obtinuit, et quod dominum se edentem ludos omnino uocari prohibuerit. [22 § 1]
- XXIII. De natiuitate domini nostri Iesu Christi eodemque anno censu in cunctas prouincias iussu Caesaris agitato. [22 § 5] 10

#### CAPITVLA LIBRI VII.

- I. De eo quod pagani impii loquendo blasphemant quaerentes

  quid causae fuerit, ut prope in extrema parte saeculorum a
  uero Deo Romanum conderetur imperium, cum illud uane
  credant a diis suis potius surrexisse. [1 § 1]
- II. Quod Romanae urbis seu potestatis exordium Babylonia cadente surrexerit et quod principalia regna similiter id est Macedoniae atque Africae aequa propemodum temporum subputatione regnauerint quodque anno septingentesimo conditionis suae incertum unde surgentia reliquis grauiora Vrbem so incendia conflagrauerint. [2 § 1]
- III. Quod sanctus Abraham Nini regis Babyloniae quadragensimo tertio regni anno natus fuerit, ex cuius semine dominus noster Iesus Christus toto anno imperii Augusti Caesaris ex uirgine nasci dignatus sit. [2 § 13]
- IIII. Quoto anno ab Vrbe condita domini et saluatoris nostri uniuerso Orbi carnalis aduentus inluxerit et de nece in Bethlem acta iussu Herodis infantum. [3 § 1]

1 uario 2 bosforanis || deditione 4 q: grasso || praecibus 6 agusti filicitate 7 urbis

11 INCIPIUNT · CAP · LIBP : SEPTI (litteris rubris) 12 pagani (ni statim ex m) 13 prope in propem 14 romano 15 putius 17 surrexerit in ras. m. 1 18 atq: in ras. m. 1 || propebyllonia 19 septingentissimo 20 incentum 22 in Orosio ipso modo huius cap, initium nec numero nec littera maiore indicatum est || -babyl-23 fuerit statim ex fuit || simine 24 toto] i. e. quoto 27 orbe Abraham et q. s. || agusti 26 uniuersu

- V. De fame, quae Augusto Caesare senescente gravissima Romae orta est, et quod usque ad transitum ipsius Augusti pax per totum paene mundum diffusa regnauerit, extremo tamen tempore ipsius quibusdam in locis proelia sonuisse, et quod id futurum dominus noster discipulis suis praecedentium proeliorum opinione praedixerit. [3 § 6]
- VI. De principio regni Tiberii Caesaris et ad ultimum crudelitate, sub quo Romae dominica resurrectio nuntiata senatus indignatione respuitur, quodque tunc in amphitheatro apud urbem Fidenatium magna pars populi caueae ipsius ruina perierit. [4 § 1]

10

- VII. De passione et resurrectione dominica, quoto anno eiusdem Tiberii Caesaris fuerit adimpleta, ac plagis, quae Iudaeam illico fuerint subsecutae, nec non grauissimo Asiae terrae motu, quo causa dominicae passionis ciuitates multae sint dirutae. [4 § 13]
  - VIII. De crudelitate et stupris infamibus Gai Caligulae Caesaris, quantaque domi suae uenena latentia a successore ipsius sint detecta, et iis, quae Iudaei seditione grauissima apud Alexandriam pertulerunt, euersoque Hierusolymis sacrario templi et Pilati praesidis obitu. [5 § 1]
- VIII. De successore eius Tiberio Claudio, in cuius exordio Romam beatissimus Petrus apostolus suo inlustrauit aduentu, quaeque temporibus eius Romae in abolendo imperii principatu uel tractata a senatu clam fuerint uel repressa per principem, belloque ciuili, quod aduersum eum Camillus et Scribonianus euentu contrario mouere conati sunt, quaeque idem Augustus in Brittania feliciter gesserit, et quod Orcadas insulas Romano imperio uictor adiecerit, uel quibus propter inopiam populi in Vrbe seditionibus fuerit agitatus. [6 § 1]
  - 1 agustu || seniscente 2 agusti 3 paene] pae 7 crudili-8 nunciata 10 fidenacium 13 adimplita || iudea 15 moto || ciuitatis 16 derutae 14 inilito || terre 17 numerus in Oros. ipso omissus est || crudilitate || caligolae 18 uenina 19 his || indei || alexandria 20 hierusolimis 22 roma 23 adventum 26 ciuile || uersum || camellus et sic 27 co-28 agustus || filiciter || orchadas nato 29 insula 30 inopia

- X. Quemadmodum Nero successor infandis sceleribus universisque flagitiis plenus beatissimos apostolos Petrum ac Paulum primus Christiani nominis inimicus occiderit, quaeque temporibus ipsius contraria reipublicae in diuersis prouinciis acciderint, de eiusdemque digno suis meritis exitu. [7 § 1]
- XI. Quod successores eius infeliciter breuiterque parum amplius quam anni unius spatio tres tyranni id est Galba Otho Vitellius regnauerint et quae in extremo uitae Vitellius de quibusdam senatoribus ciuibusque crudeliter in Capitolio gesserit. [8 § 1]
- XII. Quod Vespasiano imperatore legitimo succedente Hierusolyma fuerit obsessa per Titum eius filium atque euersa quodque sub eiusdem imperio magnae sint multaeque prouinciae adiunctae reipublicae. [9 § 1]
- XIII. De eiusdem Titi successoris ac filii dominatu tranquille qui-15 dem acto sed breuiter terminato nec non Vrbis et Biuii montis damnoso circumiectis locis incendio. [9 § 13]
- XIIII. Quemadmodum Domitianus frater successorque Titi crudeliter impieque rempublicam rexerit et quod primus Neronis imitator ecclesias Christi grauissime fuerit persecutus, sub 20 quo etiam beatissimus Iohannes apostolus in Pamphum insulam diu manserit relegatus, et de iis, quae in senatum Vrbis exercuit, simulque aduersum Dacos atque Germanos duce Fusco quae proelia infeliciter crudeliterque magno militum gesserit detrimento, de uilissimoque eius interitu. [10 § 1] 25
- XV. Quod Nerua successor ipsius breui tempore fuerit dominatus.
  [11 § 1]

2 flagiciis || beatissimus apostolus || primis 1 quemadmodo 3 inimicos || quineq: 4 acciderunt 5 de addidi 7 tris || galua 8 q: || uetellius 9 crudiliter 11 succidente hierusolima 12 ac . 15 titi (i fin. in ras. m. 1, ex u fort.) successores 16 binii sic 18 quemadmodo domicianus || crudiliter 20 imitatur 21 iohannis || pamphum sic || insula 22 religatus | de addidi | hisq: | senatu 23 dach || germanus. 24 q: || infiliciter crudiliterque magnum 25 de addidi

- XVI. De Traiani imperatoris bellis uictoriisque felicibus, absque eo quod Christianam fidem regni sui ultimo tempore persecutus est, terrae motibus per loca grauissimis urbibusque subuersis, quaeque aduersum Iudaeos suis fuerint acta temporibus. [12 § 1]
- XVII. Quod successor huius Hadrianus Sauromatum gentem feliciter superauerit, Iudaeos quoque Palaestinam prouinciam debellantes obpresserit, Christianos uero absque obiectione criminis iusserit penitus non punire et quod Hierusolymae uocabulum nominis hoc est Aeliam de suo praenomine iusserit inponi. [13 § 1]
- XVIII. Quemadmodum Antoninus Pius optimus princeps et benigne rem publicam gubernauerit et cum Christianis ciuiliter egerit quodque huius temporibus Valentinus et Cerdo haeresiarchae Romam prauis dogmatibus foedauerint. [14 § 1]
- XVIIII. Quod huic Antoninus Verus et Aurelius Commodus succedentes uictoriam de Persis laudabili felicitate sumserint et quod idem Augustus Antoninus plura cum plurimis gentibus bella confecerit, cuius ex parte temporibus pro persecutione nominis Christiani Italiam totam pestilentia magna uastauerit quodque deinceps, dum aduersum Quades laborioso bello confligeret, ad inuocationem nominis Christi exercitui suo, siti grauissima laboranti in castris, pluuiae ubertas aduenerit. [15 § 1]
- 25 XX. De Commodo cuius supra Aureli filio successore qui, aduersum Germanos bellum quidem prospere gesserit, deinceps tamen animi prauitate nefaria multa conmiserit nec non praecipuos extinxerit senatorum. cuius temporibus fulmine
  - 1 filicibus 2 christiana 3 terre 6 adrianus || sau-7 superauit || palestinam romatum sic | filiciter 8 obpressit 9 iussit paenitus || ponire || hierusolimae pronomine inssit 12 quemadmodum (um statim in o) antininus || benignae 13 rempublica 14 haeresiarche 15 foedauerunt 16 antuninus 17 nicturiam || laudabile filicitate sumserunt 18 agustus antuninus 22 confligerit || inuocatione 23 sit 25 comodo || aurili 26 germanus

- ictum fuerit Capitolium bybliothecamque maiorum ignis inde egressus accenderit casu, alia quoque per loca Vrbem incendia conflagrauerint. [16 § 1]
- XXI. De Heluio Pertinace et interfectore ac successore eius iuris peritissimo Iuliano, et quod uterque uix anni unius spatio s tenuerit dominatum. [16 § 5]
- XXII. Quemadmodum Seuerus Pertinax, occiso a se de quo supra dictum est Iuliano, imperium sumserit multaque diuersis in locis contra Parthos quoque et Arabas proelia gesserit, sed et Christiani nominis fuerit persecutor bellaque ciuilia cum 10 multa Romani sanguinis effusione confecerit partemque Brittaniae non paruo amisso numero militum occupauerit, quam etiam a uicinis indomitis gentibus crediderit distinguendam.

  [17 § 1]
- XXIII. Quod huic filius Bassianus Antoninus cognomine successerit 15 in regnum, qui etiam et Caracalla uocitatus dum contra Parthos bellum infeliciter moliretur, ab hostibus circumuentus occisus sit, et quod huic Macrinus successor extiterit. [18 § 1]
- XXIIII. Quod eiusdem Macrini successor Marcus Aurelius Antoninus paruo tempore flagitiose dominatus cum matre Romae tumultu 20 militum sit peremptus. [18 § 4]
- XXV. Quemadmodum Aurelius Alexander, qui huic successerit in regno, laudabiliter gubernata republica, matre etiam Christiana Origene docente presbytero gloriosam de Persis tulerit confecto hoste uictoriam. [18 § 6]
- XXVI. Quod Maximinus post hunc princeps absque senatus electione ab exercitu sit creatus, qui legis catholicae persecutor a Pupieno Aquileiae fuerit interfectus. [19 § 1]

1 capitulium bybliothicamque 3 conflagrauerunt 5 spacio 7 quemadmodo || occisu 6 tenuerit (t statim in nt mut.) 9 gesserit (e in ras. m. 1) 10 persecutur 11 exfusione conficerit 12 nomero 13 crededirit distinguentem 15 Antuninus || successit 16 caro calla 17 infiliciter 19 an-20 flagiciose || tumultum 22 quemadmodo || alexarder || tuninus 23 reipublica 25 confectu || uicturiam successit 24 origine 27 persequutur appopieno

- XXVII. De successore eius adhuc puero Gordiano, qui multis aduersum Parthos proeliis feliciter gestis suorum super Euphraten fraude perierit. [19 § 3]
- XXVIII. Quod Philippus Gordiani successor primus imperatorum fuerit Christianus, cuius regni anno tertio millesimus a condita Vrbe conpletus sit, quodque idem cum filio Philippo tumultu militum fraude Decii sit peremptus. [20 § 1]
- XXVIIII. De eodem Decio interfectore et successore eius, qui pauco tempore potitus imperio et in Christianos multa crudeliter gesserit et cum filio Caesare a barbaris interfectus fuerit.

  [21 § 1]
- XXX. Quod Gallus Hostilianus post hunc adeptus imperium breuissimo spatio dominatus cum filio Aemiliani fraude perierit quodque grauissima pestilentia Decii persecutoris tempore suscitata omnes tunc paene pronincias Romanae reipublicae depopulata uacuauerit. [21 § 4]
- XXXI. De Valeriani et Gallieni turbidissimis miserrimisque temporibus, qui imperatores uno quidem facti in tempore, sed tyraunis per loca grassantibus, plurimis etiam gentibus contra Romanum nomen in arma surgentibus infeliciter republica administrata perierint. quorum unus Christiani nominis persecutor a Persis uictus et captus turpi illic, donec uixit, seruitute depressus Romani nominis foedauit imperium, alter regno deserto dum apud Mediolanium libidinibus operam impendit, occisus est. [22 § 1]
  - XXXII. De Claudio successore horum, qualiter Gothos annis paene multis Illyricum Macedoniamque uastantes prospero conflictu prostrauerit. cui paruo tempore dominanti Quintillus frater in regno succedens mox ut ordinatus occisus est. [28 § 1]
  - 1 gurdiano 2 filiciter || eufraten 4 gurdiani successur 5 tercio milesimus 6 conplitus 7 tumultum 8 in Orosii opere ipso XXVIII temere || successore (o statim ex u corr.) 9 christianus || crudiliter 10 et statim s. s. || interfectus fuerit] interierit 13 spacio || emeliani 14 pestilencia 16 depupulata 18 imperatoris || factis 19 crassantibus || gentibus --20 romano (sic) in ras. statim m. 1 20 nomen - infiliciter statim in marg. addita 21 repuplica 22 persequutur 24 mediolanum 28 dominante (n in n' statim corr.; cf. cap, 49) 29 succidens

- XXXIII. Quemadmodum Aurelianus post hos adeptus imperium de Gothis magnam uictoriam sumpserit ac reipublicae terminos statui pristino per loca reddiderit, Vrbem quoque muris firmioribus cinxerit et persecutionem extremo tempore regni sui meditatus fuerit interfectus. [23 § 3]
- XXXIIII. De successorum eius Taciti et Floriani breuissimo regnandi spatio et fine. [24 § 1]
- XXXV. Quod Probus horum successor imperii sui tempore Gallias de manu hostium eripuerit bellaque ciuilia apud Agrippinam unum, aliud in Oriente confecerit, quibus sopitis tumultu o militum Sirmi fuerit interemptus. [24 § 2]
- XXXVI. Quod huius successor nomine Carus genere Narbonensis apud Parthos in castris fulmine ictus obierit. [24 § 4]
- XXXVII. Quod Diocletiani et Maximiani temporibus euentus uarios habuerit proeliorum Romana respublica, quique inmanissimi is persecutores Christiani nominis extiterunt, nam sponte imperii pariter dignitate deposita Galerio et Constantio Augustis regni summam in duas partes eo primum diuisam tempore reliquerunt. [25 § 1]
- XXXVIII. Quod praefatorum temporibus Augustorum decima post 20 Neronem Ecclesia passione uexata sit et quod his decem calamitatibus paganorum decem plagarum Aegypti merito numerus conparetur, quoniam ecclesiasticae adflictionis iu illis tunc figura praecesserit. [26 § 1]
- XXXVIIII. De felicitate ac fide temporum principis Constantini et 25 pace ecclesiis per ipsum catholicis restituta, et qui sub regno eius aemuli principatus dissimili quidem sed celeri fine

<sup>1</sup> in Orosio ipso xxxII temere 2 magna uicturia || terminus 3 reddederit 4 rigni 7 spacio || finem 10 unam alium || supitis || tumultum 11 Syrmi 14 dioclitiani 15 habuit 16 persequutores ( fortuitum ?) 17 agustis 18 diuisa 20 agustorum 21 nerone || decim 22 calamitatibus (ami statim ex is corr.) || decim 28 numerus (u prior statim ex o corr.) 24 figuram 25 filicitate 26 ecclesias 27 dissimile celere

- decepti sint, de eiusdemque Augusti uel uictoria, quam sumpsit ex Gothis, uel obitu. [28 § 5]
- XL. Quod huius filii Constantius et Constans imperii successores extiterint, quorum uno id est Constantio fauore Arrium prosequente haeresis Arrianae damnabile saeculo dogma diffusum sit, et quod idem Constantius motus multorum cohibuerit tyrannorum, cum Parthis quoque proeliatus dum aduersum Iulianum acturus bellum ciuile remearet, in itinere morbo praeuentus obierit quodque frater ipsius Constans Magnenti tyranni fraude deceptus in oppido uicino Hispaniae, cui nomen est Helena, fuerit interemtus. [29 § 1]
  - XLI. Quod idem Iulianus regnum adeptus studio reparandi cultus idolorum fidem catholicam dum persequi moliretur, contra Parthos eduxerit exercitum, ubi etiam hoste obnio ab uno equite incautus occisus sit. [30 § 1]

15

- XLII. Quod huic in castris ilico successerit Ionianus, qui ad Illyricum rediens pauco dominatus tempore casuali morte decesserit. [31 § 1]
- XLIII. De Valentiniano successore ac persecutore nominis Christiani facto regni participe, quod idem Valentinianus aduersum Saxones feliciter dimicauerit et Burgundionibus a Druso et Tiberio ripa Rheni fluminis pro custodia limitis constitutis, nec non Valentiniani praecepto, quod Theodosius imperatoris Theodosii genitor per inuidiam fuerit interfectus.

  [32 § 1]
- XLIIII. Quod Gratianus Valentiniaui successor ac filius adhuc patruo suo Valente regnante Alamannorum gentem apud Argentariam oppidum mira felicitate superauerit quodque idem Valens patruus Gratiani plurimis Dei seruis ac sacerdotibus in exilium destinatis et sponte Gothis in sua regna
  - 1 deceptissint; cf. Orosius 7, 29 § 1 || de addidi || agusti || ui-3 successoris 4 extiterint (i alt. radendo ex u) | constante fautore arrio 10 fraude dedeceptus 8 itere 14 eduxit 15 occessus 21 saxonis filiciter dimigauerit 22 militis 24 theudosii || genitur 28 filici-26 ualentini 27 paruo tate 29 patruos 30 distinatis || ghotis

- susceptis ab eis postea cum magna reipublicae clade iudicio Dei superatus incensus sit, quibus idem dudum Arrianae sectae primum miserat sacerdotes. [33 § 8]
- XLV. Quod idem Gratianus Valente mortuo Theodosium consortem sibi adsciuerit imperii: qui protenus aduersum Scythicas 5 gentes proeliorum opinione terribiles emersit intrepidus afflictumque reipublicae statum uelociter reparauit, insuper easdem imperio suo foederatas effecit. [34 § 1]
- XLVI. Qualiter Gratianus princeps per tyrannum Maximum sit deceptus. [34 § 9]
- XLVII. Quemadmodum Theodosius Augustus Valentinianum utique iuniorem, Gratiani fratrem, Maximo pulsum Italia restituere uolens Occidentis imperio, Aquileiae hostem ipsum nomine et inmanitate bis maximum obsessum captumque peremerit, Andragatio quoque comite Maximi pariter interfecto. [35 § 1] 15
- XLVIII. Quod idem Valentinianus apud Viennam per Arbogastem palatii sui comitem fuerit interfectus. [85 § 10]
- XLVIIII. De Eugenii per Arbogastem tyrannide contra imperatorem sumta Theodosium, qua felicitate idem Augustus utramque personam uirtute Christi adiutus oppresserit, eiusdemque 20 principis apud Mediolanium obitu. [35 § 11]
  - L. De filis eiusdem Theodosii Arcadio et Honorio Augustis, quibus adhuc pueris inchoantibus imperare Gildo comes Africae rebellare meditatus a fratre Mascezele pro parte Romani nominis fuerit superatus, eiusdemque Mascezelis 25 interitu. [36 § 1]
- 4 theodosio 5 adsciuit 6 terrebiles 7 uiluciter 9 tyrrannum 11 in Orosio ipso XLVI temere quemadmodo || agustus 12 iuniorem (em statim ex um) || frater 15 comitem | interfectu 16 XLVIII radendo corr. ex XLVIIII || aruogastem 18 XLVIIII sic XL·IIII (fuisse wid. L.) || arnogastem 19 filicitatem || agustus 20 uirtutem || adiutos oppreserit || eiusdempq: (statim corr.) 22 eiusdem statim in ras. || archadio || 21 mediolanio agusti (sic) 24 marcezele

LI. De eruptione gentium diversarum adversum imperii utriusque rempublicam ab Stilicone et Rufino palatii rectoribus perfidis excitata et quemadmodum Radagaisus rex Gothorum absque clade aliqua Romanorum, magis fame et siti quam gladio, cum ingenti sui gentis excidio sit peremptus et quod Stilico comes Honorii rempublicam sceleris sui detecta perfidia ab eodem Augusto cum Eucherio filio sit punitus. [37 § 1]

5

- LII. Quod urbem Romam rex Gothorum Alaricus inruperit quodque illic a duce ipso uel misericorditer sint plura gesta uel fortiter, de ictuque fulminis in Vrbe moenium publicarum. [38 § 7]
- LIII. Quod ab eiusdem Alarici regis propinquo Athaulfo Placidia in Vrbe tune capta atque in uxorem adsumta sit et quae quantaeque per Galliam Stilicionis perfidia suscitatae gentes eruperint Francosque protriuerint et quod diebus ipsis Constantinus tyrannus humili loco natus adiunctis filio solaciis barbarorum adgressus Hispanias magnas ciuium prouinciae ipsius strages ediderit. [40 § 1]
- 20 LIIII. Quod Honorius Augustus et easdem gentes, quas supra diximus, et multos in Africa siue Gallia tyrannorum ac per loca reliqua saeuientum adiutorio Christi per Constantium comitem magna felicitate represserit. [42 § 1]
- LV. De eiusdem strenuitate Constantii, qui de Galliis in Hispanias Gothos transire coegit, et Athaulfi regis Gothorum, successoris Alarici, qui Placidiam de Vrbe sibi sumsit uxorem, uel deuotione erga rempublicam uel apud Barchinonam fine. [43 § 1]
  - 2 rempublica 3 quemammodo 5 ingente 7 agusto || eucerio 11 de addidi || publicarum sic 13 placedia 15 quan-17 tyrrannus tae || suscitate 16 francusque 20 L || agustus 21 dixemus || multus || tyrrannorum diderit 24 LI h. l., L. N. in ipso Orosii opere 23 filicitate uutione

LVI. Quod Segericus a Gothis rex creatus mox Vallia succedente decesserit, qui protinus cum Honorio imperatore pacto foedere Placidiam sororem ipsius honorifice honesteque reddiderit, et quod Alanorum seu reliquarum gentium reges in Gallia consistentum foederatos se Romanae reipublicae tradiderint. 5
[43 § 9]

1 LII || sygericus || succidente 2 pactu 3 placediam 4 gencium regis 5 foederatus || tradiderunt

HAEC SVNT IN HOC CODICAE PAULL (sic) OROSII HISTORIAE. LIBRI -VII- (litteris nigris); infra haec (media pagina) rubro colore I1 i. e. uerbi Incipit initium scr., sed paginae pars dimidia uacua relicta est sequentisque principio rubro colore scripta sunt haec: Incipit: OROSII: LIBRI (sic) PRINVS:

. -u- ....

# PAVLI OROSII

PRESBYTERI

LIBER APOLOGETICVS.

 $\Sigma = \text{codex Parisinus Lat. n. 17349 saec. viiii-x.}$ 

r = " Parisinus Lat. n. 1863 saec. x.

Φ = n Vaticanus Reginae n. 286 saec. x—xi.

X = " bibl. oppidi Troyes n. 1145 saec, xiii ut uid.

F = " bibl. oppidi St.-Omer saec. XIIII.

c = editio princeps Ioannis Costeri, Louanii 1558.

f = n
 Fabricii, Colon. 1574 (f² ed. Colon. 1582).
 s = n
 A. Schotti, Mogunt. 1615.

 $h = \pi$  Haverkampi, Lugd. Bat. 1738 = 1767.

g = "Gallandii, Biblioth. PP. tom. viiii (Venet. 1788) p. 157 sqq.

b = " horum 1 § 3 mihi necessitas — 8 § 1 testes quaerere in

Augustini opp. ed. Bened. x app. p. 79—82 (Paris. 1690). v =editorum consensus.

Integram dedi lectionum diversitatem ex  $\Sigma T \Phi X \Psi$ , nisi quod ex  $T X \Psi$  e et ae, ci et ti inter se permutatas non adnotavi.

a r (uelut  $\varSigma^{\rm ar})$  ante rasuram, p r (uelut  $\varSigma^{\rm pr})$  post rasuram significant.

## PAVLI OROSII

### PRESBYTERI

## LIBER APOLOGETICVS.

Possibilitatis non est neque praesumptionis meae, beatissimi l'sacerdotes, sed artissimae ac paene extremae, ut ipsi agnoscitis, necessitatis, ut ego nunc uidear. quod quidem ut facerem, iniuria coactus sum, non solum defensor fidei meae sed etiam perfidiae manifestator alienae. sicut enim purgationi propriae studere debeo propter conscientiam — conscientiam autem dico non meam sed alterius —, ita et deprehensos in grege ouium lupos ostentare ad digitum cogor propter fidem et zelum — zelum autem non meum dico sed Christi. sed neque ego, cum 3 10 sim minimus omnium, aliquid temeritate praesumo: mihi

OROSII PREI LIE APOLLOGETIC INCIP (rubris litteris) |  $\Sigma$  OROSII PREI LIBER APOLLOGETICVS INCIPIT T Orosii presbiteri liber apologeticus incipit  $\Phi$  Orosii prbi lib apologetico incip. X Incipit liber apologeticus orosii prbri  $\Psi$  Pauli Orosii uiri doctissimi (P. O. presbyteri s) liber apologeticus contra Pelagium de arbitrii libertate v

1 P uerbi possibilitatis grandis et rubra in  $\Sigma$  grandis et coloribus picta in  $\Psi$  || |Possibilitatis — neque| uncialibus in  $\Sigma$  || Non praesumptionis meae est beatissimi (et in mg. m. 1: Initium huius operis in quodam codice sic inuenimus; possibilitatis est neque presumptionis meae) codex Ashburnhamianus Librianus n. 86 s. XII || non]  $\Sigma$  om.  $T\Phi X\Psi$  || praesumtionis  $T\Phi$  presumtionis X 2 poene  $T\Phi$  3 uidear cum rasura supra a  $\Sigma$  4 iniurin. (eras. m)  $\Phi$  || Non cum ras. supra N  $\Sigma$  5 purgatisoni (eras. ut uid. r)  $\Sigma$  6 conscientiam alterum om. h 7 et] ut  $\Psi$  || dephensos  $\Sigma$  deprehensus (u in o corr. m. 1  $\Phi$ )  $\Phi X$  8 ostenta|re (ostenta in ras. m. 1) X 10 Michi  $X\Psi$ 

necessitas est iniuriam manifestare, quam passus sum. cunctis pateat qui fecerunt. Dei enim et uoluntas et ordinatio est, ut malum, quod per patientiam tolerabatur, necessarie proderetur, p. 589 et per contentionem furoris eorum ipsis dignam merce dem quam oportuit erroris sui recipientibus non solum pessimorum s denotatio fieret dogmatum sed corripiendarum manifestatio 4 personarum. patres enim et qui iam quieuerunt martyres et confessores, Cyprianus, Hilarius et Ambrosius, et quibus etiam nunc permanere adhuc in carne necessarium est, qui sunt columnae et firmamenta Ecclesiae catholicae, Aurelius Augu-10 stinus et Hieronymus, multa iam aduersus hanc nefariam haeresim absque designatione nominum haereticorum scriptis 5 probatissimis ediderunt. quamquam et haec uenenatissimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc uiuentes mortuos mortuosque uiuentes. nam Origenes et Priscillianus et Iouini-15 anus, olim apud se mortui, in his niuunt, et non solum niuunt 6 uerum etiam loquuntur; nunc uero Pelagius et Caelestius, si in his perseuerauerint uiuentes mortui, ecce aduersus Ecclesiam, quod miserum est, et, quod multo miserius est, in ecclesia palam sibilant implique serpentes uibrantibus infecta linguis 20 ora lambentes dum sanctam et munitissimam sedem cui subtiliter inrepsere obsident, cunctos fideles, ne ad illud firmissimum quondam in Sion refugium conuclemus, exterrent. fetor siquidem oris eorum longe lateque diffusus omnium, quibus odor uitae in uitam erat, odorem uertit in mortem.

2 Contra hunc serpentem suffocantemque halitum multa utique

<sup>1</sup> ut cunctis  $\Sigma$  3 Necessariae  $\Sigma^*$  4 furor's (sic m. 1 i. e. furoris et in marg. ad hunc u. 3 necess.—4 eorum nota adscr. r i. e. require) X 7 martires  $\Psi$  8 confessores]  $\Sigma$  et in mg. b concordes  $T\Phi X\Psi v$  || hylarius  $\Psi$  || ambrosissus (an eras. m. 2) X 11 hieronymus] T hieronimus  $\Sigma\Phi X$  ieronimus  $\Psi$  12 heresim codices || hereticorum codices 14 absominatio (eras. h)  $\Sigma$  16 non solü niunt  $\Sigma$  17 locuntur  $T\Phi X$  || celestius  $\Sigma T\Phi \Psi$  20 inpiique T 21 suptiliter  $\Psi$  22 irrepsere  $\Sigma X^*\Psi$  || nes (eras. c)  $\Phi$  23 syon  $\Psi$  || haec fetor—25 in mortem om. v (non b) || fateor  $T\Phi^*X^*\Psi$  24 diffusus| diffusum uirus  $\Psi b$  26 alitum  $\Psi$ 

beatissimi quos supra memoranimus niri et multifaria suaneolentia scripturarum unguenta conficiunt et ad reficienda aestuantium corda populorum fragrantissimum thymiama cum oblatione orationis incendunt. sed hoc parum est. incerto 2 5 propemodum auctore contendere et contraria substituendo contrariis infectum pestifero halitu aerem temperare, nisi ipsi in medium protrahantur proteranturque serpentes. qui cum 3 tuendi solius capitis causa reliquum concisioni atque iniuriae corpus exponunt nihil damni arbitrantes ea tantum sui parte 10 a periculo libera, quae multimodas uenenatasque in se obtinet linguas, si etiam membris omnibus amputentur: nobis sufficere uidetur temperando saltem putori satisfacere, ipsos autem a penetralibus non mouere? — quasi ullus exhalationis fetidae 4 finis sit nisi auctore finito - et inter haec illud Salomonis 15 testimonium non occurrit? unus aedificans, alius destruens, quis eorum proficiet nisi labor? stat etiam 5 inmanissimus superbia Goliath carnali potentia tumidus, omnia se per se posse confidens capite manu, ac per totum insuper corpus plurimo aere uestitus, halbens post se armigerum suum, p. 590 20 qui etsi ipse non dimicat, cuncta tamen aeris ac ferri suffragia

AVCTORES 15 Ecclesiastic. 34, 28 17 Goliath — 19 armigerum suum (quibus significat Pelagium et Caelestium, cf. 24 § 3) sec. Reg. 1. 17. 4—7

1 et] ex  $TX\Psi$  || multipharia  $\Psi$  multafaria  $\Sigma^1$  || suaueolentia] suauiolentia  $\mathcal{Z}^*T$  sua uiolentia  $\mathcal{\Psi}$  3 estuantium  $\Phi$  || fraglantissimum  $\mathcal{E}^*\Phi X \mathcal{\Psi}$  flagrantissimum T || tymiama  $\mathcal{E}T\Phi X \mathcal{\Psi}$  5 contendere auctore  $\mathcal{E}$  6 alitu  $\mathcal{\Psi}$  9 exponunt\* (interpunctio ut uid. erasa) 

 Φ || nichil Ψ || dampni T || arbitrantur T²b
 10 quae] qui Ψ || optinet XΨ

 11 linguas- (interpunctio ut uid. erasa) Φ || menbris

 13 quasi uero ullus (lin.  $X \parallel$  anputentur X12 pudori Σ<sup>2</sup> deletiles add. m. 1) Φ || exalationis ΣΤΦΧ'Ψ 15 non ΣΤΧΨcf (on ex corr. m. 2; fuisse uid. ch; an ch? Ψ) nunc Φshgb 16 proficiens \( \Psi \) 17 immanissimus \( \Phi \Psi \) | superbia \( om. \( \Psi \) 18 se per se posse] per se posse se X || capite] \( \sum\_T \Psi X \) caput \( \Psi v \) || \( \text{manu} \)  $\Sigma T \Phi X$  manus  $\Psi v \parallel$  ac per totum]  $T \Phi X$  et per totum  $\Sigma$  ac totum Ψ totum v 19 plurimo aere] scripsi plurimo Σ'TΦX plurimo aere ferroque Z2 (ex coniect. ut vid.; cf. lin. 20) plurimo apparatu Ev 20 qui] \(\mathbb{Z}^2 \Phi \mathbb{T} \) quem \(\mathbb{Z}^1 T X \) seris (sic m. 2 ex aeris) ac (c m. 2 in ras.) X || acl et v

subministrat. et non mirum est, si competenter hunc locum prouidens Scriptura pronuntiat, ubi ait, Philistiim stabant 6 super montem ex hac parte. ab Ecclesia siquidem haereseos impugnator expellitur et nutriri in sinu Ecclesiae haereticus inuenitur, et propter hoc per Spiritum Sanctum inde s Israel stare pronuntiatur, hinc hostis. et hoc saepe. nam et rex Dauid usque ad impium filium pius pater ab Hierusalem deposito regis habitu fugatur: ubi protinus Absalon tyrannus 7 ingreditur. stat ergo Goliath — pro dolor! — ex hac parte, id est in Ecclesia, et non solum stat, uerum et prouocat, 10 simulque per dies plurimos sanctum Israel manifesti timoris exprobrat.

3 Ne, quaeso, beatissimi sacerdotes, quisquam me arbitretur sub praetextu speciei Goliath Dauid nomine gloriari: uos me participem certaminis uestri esse uoluistis, ut auxiliator non 15 2 auctor accederem. latebam siquidem in Bethleem, ignotus aduena pauper — quid miser ego sic loquor, iterum forsitan iactantiae notandus? quoniam quidem et ipse Dauid et talis et inde processit — latebam ergo in Bethleem, traditus a patre Augustino, ut timorem Domini discerem sedens ad pedes 20 Hieronymi. inde Hierusalem uobis accersientibus uocatus adueni; dehinc in conuentum uestrum una uobiscum Iohanne 3 episcopo praecipiente conscendi. ilico a pusillitate mea postulastis uniuersi, ut si quid super hac haeresi, quam Pelagius

AVCTORES 2 Reg. 1, 17, 3 5.6 Reg. 1, 17, 3

1 sumministrat (sum s. s. man. poster. T) TΦΧΨ || hunc] huc X
2 phylistiim TΦ<sup>b</sup> philistim Σ<sup>1</sup> phylistiim Φ<sup>a</sup> 3 in marg. ad u.
siquidem — 4 nutrire nota adscr. r: X || hereseos ΣΦ hereseos X
4 inpugnator ΦΧ || expelletur TΦΧ || nutrire TΦΧ || hereticus ΣΦ
om. Ψ 6 isrl ΣΦΧΨ (sic omnes passim) || hoc sepe (oc s in ras.
m. 2, e prior ex e radendo mut.) Σ || nam et] Nam Σ 7 inpium
X || iherlm X ierl'm Ψ 8 tirannus Ψ 9 ph Ψ 11 israhel Σ isrl' Ψ 14 pretextu ΣΦ || specie ΦΧ 15 non
auctor om. X<sup>1</sup> 18 tales Φ<sup>a</sup> 21 hieronimi ΣΤΦ iheronimi X
ieronimi Ψ || iherl'm X ierl'm Ψ || nobis Φ<sup>a</sup> || accersientibus]
ΣΤΦΧΨ 23 conscendi (scen in ras. m. 1) Ψ consedi v || pusillanimitate Ψ || postulatis Σ¹Χ¹ 24 heresi ΣΦ

et Caelestius seminarunt, in Africa gestum esse cognoscerem, fideliter ac simpliciter indicarem. exposui coronae uestrae 4 breuiter ut potui, Caelestium iam ad honorem presbyterii subrepentem apud Carthaginem plurimis episcopis iudicantibus 5 proditum auditum conuictum confessum detestatumque ab Ecclesia ex Africa profugisse; contra librum uero Pelagii 5 beatum Augustinum discipulis ipsius Pelagii prodentibus ac petentibus plenissime respondere, extare etiam in manibus meis epistulam supra memorati episcopi, quam nuper ad 10 Siciliam ordinasset, in qua multas quaestiones haereticorum retudit: quam etiam ibidem ut legerem praecepistis et legi. ad haec Iohannes episcopus ut Pelagius coram intromitteretur 6 expetiit. cui et propter paternitatis ipsius reuerentiam et propter actionis utilitatem, dum praesentem ab episcopo rectius p. 591 15 crederetis confutandum, intromittendi coniuentia praestita est.

Intromissum Pelagium unanimiter omnes interrogastis, an 4 haec, quibus Augustinus episcopus respondisset, se docuisse cognosceret. ilico ille respondit: 'et quis est mihi Augustinus?' cumque uniuersi acclamarent, blasphemantem in episcopum, 20 ex cuius ore Dominus uniuersae Africae unitatis indulserit sanitatem, non solum a conuentu illo uerum ab omni ecclesia pellendum, episcopus Iohannes ilico eum, hominem uidelicet laicum in consessu presbyterorum, reum haereseos manifestae

AVCTORES 3 iam — 4 subrepentem ex Augustini ad Hilarium Epist. 157, 3 § 22 7 Augustinum.. 8 respondere] libro De natura et gratia; cf. infra 4 § 5 9 Augustinus Epist. 157 ad Hilarium Syracusanum

1 celestius codices || affrica Σ'Ψ 3 presbiterii ΣΤΦΧ psbterií Ψ presbyteri (-bi- s) cfshg 4 cartaginem ΣΨ kartaginem ΤΦΧ 6 eccla Φ || affrica (ff ex f m. ut uid. 2 X) Σ'ΨΧ 8 respondere] ΤΦΧ Ψν respondisse Σ (scil. ex lin. 17) 9 eplam Σ epl'am (sic fere ubique) Ψ || memoraui ut uid. Σ' || nup in ras. m. 1 Ψ 10 questiones Τ || hereticorum ΣΦ 11 retudit] ΤΦΧ retulit ΣΨν 15 coniuentia] Ψ conibentia (atia m. 2 in ras. paullo minore X) ΣΤΦΧ || praestata Σ 16 pelagiễ (ễ m. 2 in ras., uid. ā fuisse) Σ 17 respondiss&| & Φ 19 uniuersa Σ' 20 affrice Σ affrice Ψ 21 cuentu in ras. minore m. 1 Ψ 22 iohanî || Σ 23 consessu (prima s radendo ex f corr.) X || prbrorū Σ presbiterorum ΦΧΨ || hereseos ΣΦ || manifeste ΦΧ manifeste ΣΤΨν (non b), cum seqq. coniunxerunt Σ'ΦΧν

2 in medio catholicorum sedere praecepit et deinde ait: 'Augustinus ego sum,' ut scilicet persona quasi praesentis assumpta liberius ex auctoritate eius qui laedebatur ignosceret et do-3 lentium animos temperaret. cui mox a nobis dictum est: 'si Augustini personam sumis, Augustini sequere sententiam'. tunc 5 idem episcopus nobis omnibus ait: 'haec, quae leguntur, in alios dicta sunt, dicta autem de Pelagio suggerendum putatis; si in 4 ipsum ergo Pelagium quid dicatis, expromite'. ego autem uobis annuentibus dixi: 'Pelagius mihi dixit docere se, hominem posse esse sine peccato et mandata Dei facile custodire, si 10 uelit'. respondit Pelagius audientibus uobis: 'hoc et dixisse me 5 et dicere, negare non possum'. ego ilico prosecutus sum: 'hoc in Caelestio Africana synodus detestata est: hoc Augustinus episcopus scriptis suis, sicut audistis, exhorruit; hoc in ipsius 6 nunc Pelagii scriptis sua responsione condemnat; hoc et 15 beatus Hieronymus, cuius eloquium uniuersus Occidens, sicut ros in uellus, expectat — multi enim iam haeretici cum dogmatibus suis ipso oppugnante supplosi sunt - in epistula sua, quam nuper ad Ctesiphontem edidit, condemnauit, similiter et in libro, quem nunc scribit, collata in modum dialogi so

AVCTORES 15 responsione cf. supra ad p. 607, 7 sq. 16 eloquium—17 uellus sec. Deut. 32, 2 et Iudic. 6, 37; item Orosius Commonitorio extr. 18 ad Ctesiphontem] Hieronymi Epist. 133 (cf. Prologus Dialogi contra Pelag. p. 912 ed. Vallarsi) 20 Hieronymi Dialog. contra Pelagianos

2 quasi om. Σ || assumta TΦX 3 actoritate X || ledebatur Φ · 5 psonă (\* eras.) Ψ || sententiam sequere v (non b) 6 reguntur (corr. m. 1) Φ || in alios dicta sunt autem de pelagio ΣΤΦΧΨ; dicta post sunt om. codd. et edd. || autem] aut v 7 suggerenda Σ² || putatis] Σb (cum interrog. signo) putas ΤΦΧΨ putas? v || si om. b 8 ego X¹ autem v 9 docere in ras. m. 2 (ciusd. actatis atque 1) et in marg. m. 1 ò Ψ 12 ad uers. ilico — 13 affrica— in marg. · Ψ 13 celestio Φ\* caelestino Σ celestino X celestino ΤΦΦΨ || affricana ΣΨ || sinodus codices 15 condempnat ΣΤΦΧ 16 hieronimus ΣΤΦΧ ieronimus Ψ 17 heretici codices 18 dognatibus T || obpugnante T || et post sunt add., ante 17 multi puncto male posito, v (non b) || epla ΣΧΨ (sic ubique XΨ) 19 tesifontem ΣΤΦΧ thesiphontem Ψ || condempnauit ΣΤΦ condepnauit (sic) X

altercatione confutat. hoc est enim lubricum in ancistro draconem tenere, ne possit effugere'.

Porro autem episcopus Iohannes nihil horum audiens a 5 nobis exigere conabatur, ut accusatores nos ipso iudice fate-5 remur. respon'sum saepissime est ab universis: 'nos accusatores p. 592 huius non sumus, sed quid fratres tui, patres nostri, senserint et decreuerint super hac haeresi, quam nunc laicus uulgo praedicat, intimamus, ne Ecclesiam, tuam praesertim ad cuius sinum conuclauimus, te ignorante conturbet'. at ille cum saepe 2 10 nos docendi simulatione in aliquam professionis speciem temptaret inducere, dicens, quia ad Abraham dictum esset a Domino: ambula coram me et esto sine macula, et Zachariam atque Elisabeth pronuntiatos esse iustos ambos ante Dominum, incedentes in omnibus iustificati-15 oni bus Domini sine querela; - quod quidem ab Origene dictum ab eo proferri compluribus nobis notum erat — cui 3 responsum per me est: 'nos filii Ecclesiae catholicae sumus; non exigas a nobis, pater, ut doctores super doctores esseaudeamus aut iudices super iudices. patres, quos universa per 20 Orbem Ecclesia probat, quorum communioni uos adhaerere gaudetis, damnabilia haec esse dogmata decreuerunt: illis probantibus nos oboedire dignum est. cur interrogas filios quid sentiant, cum patres audias quid decernant?

AVCTORES 1 lubricum—2 tenere Iob 40, 20 sec. LXX 11 Gen. 7, 1 12 Luc. 1, 6

1 ad vers. -bricum—2 ne in margine · Ψ || in ancistro] mancistro T || ancistro] ΣΦΧΨb anchistro cf antichristo (antichisto g) shg
2 tenere (supra alteram e rasura, fort. puncti) Ψ || ne] Σ\*ΤΦ ne m. 1
aut 2 in ras. XΨ non (ut vid.) Σ\* 3 nichil XΨ 6 senserint (i ex u corr. m. ut vid. 1) Ψ 7 heresi codices || quā\* nc̄| nc̄| nc̄
in ras. m. 1 et in marg. rasura (notae ut vid.) Ψ 8 ne\*ecclam
(eras. c vel a) Σ || praesertim\*\*\*\*\*\*\*\*\*|| ad cuius (eras. ad cuius ut vid.) Σ
9 convolavimus (vi s. s. m. 1) Σ || cū cum ras. supra c et ras. (notae ut vid.) in marg. Ψ 10 tentaret X 11 dicens] ΣΤΦΧ dicebat
Ψν 13 zacchariam Φ || et ν || elisabeth] ΣΨ helisabeth ΤΦΧ
14 incedentibus Σ 15 quidem] quidem et Ψ || origine XΨ¹
16 proferi X || cui] ΤΦΧΨν ei Σ; cf. Histor. 6, 3 § 5 20 ecla
(corr. m. 1) Φ || communione (e radendo in i mut.) Φ || uos] ΣΤΦΧΨ, in mg. b nos ν 21 dampnabilia ΣΤΦΧ 22 obedire X

6 Ad quod ille diu disputans et nostris propter imperitiam ignoti nobis interpretis — quem saepissime uiri primarii et religiosi Passerio et Auitus presbyteri et Domnus exduce uel praue interpretantem uel plura subprimentem uel alia ex aliis suggerentem confutauerunt — nostris, ut dixi, actionibus 5 uel interpolatis plerumque uel tacitis, episcopus Iohannes ait: 2 'si sine adiutorio Dei hoc hominem posse diceret, pessimum et damnabile erat: nunc autem cum adiciat, posse hominem esse sine peccato non sine adiutorio Dei, uos quid dicitis? an 3 forte uos Dei adiutorium denegatis? cui respondi ego: 10 'testibus et testificantibus etiam nunc uobis et supra memoratis uiris anathema ei, qui negat adiutorium Dei. ego certe non nego, praecipue cum e contrario in haereticos confutarim'. 4 dein cum, intellecto iudice et interprete prodito, clamaremus. Latinum esse haereticum, nos Latinos, haeresim Latinis magis 15 partibus notam Latinis iudicibus disserendam, ac se paene impudenter ad iudicandum — cum quidem nos accusatores non p. 598 essemus — et unus et suspectus ingereret, dici a pluribus necessarium fuit: 'non potest quisquam idem et haereticus 5 esse et aduocatus et iuder'. multisque aliis actitatis Iohannes 20 episcopus nouissimam sententiam protulit, confirmans tandem

